

Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 32. ibi: Sed ad proximiores non nominatos, & sub hoc verbo maioratus comprehensos ejus successio devolvatur. Et hoc quia maioratus institutor censendus est, eos, qui sibi in sanguine proximiores fuerint, preferre, & per illos ceteros remotiores excludere, *Molin. supra lib. 3. cap. 9. num. 5.* cum isti semper magis dilecti intelligantur, communiter *DD. in L. si viva matre, Cod. de bonis maternis, Pellaes 4. 2. p. in præfatione num. 330.* Defectu namque illorum fideicommissum juxta propensionem animi testatoris erga magis dilectos datum fuit, quæ dilectio majori ex parte semper censetur in proximioribus, *argum. L. dedit ff. de collocatione dotis, Fusar. cons. 14. num. 9. & cons. 41. num. 86.*

¹²¹ Supra dicta tamen locum sibi vendicant, nisi institutor aliud in contrarium disposuerit, namque si aliter disponat, id erit inviolabiliter observandum, *Ord. dicto tit. 100. §. 3. & dict. Molin. supra lib. 1. cap. 2. num. 27.* notant omnes in *Lege cum ita §. in fideicommissio ff. de leg. 2.* Unde venit quod proximitas non attenditur, dum in institutione aliqui vocati reperiuntur, hi namque semper preferendi sunt ceteris consanguineis quamvis proximioribus, *d §. in fideicommissio ff. de leg. 2. Gabriel Pereir. dec. 115. à num. 1. Phæb. 2. p. dec. 176. num. 41. Surd. cons. 458. num. 58.* Quod majori cum ratione procedit, si persona certa vocata reperiatur, quamvis extranea sit, illa namque preferenda est cum ex tali expressa vocatione maior affectus erga illam inducitur, *dicto §. in fideicommissio, L. Publius §. fin. de conditionibus, & demonstrationibus, L. Lucius a 2. de heredibus institut. Molin. supra lib. 4. cap. 4. n. 32. Surd. supra Peregrin. de fideicommiss. art. 14. num. 47. Valasc. cons. 171. num. 19.* Tunc namque forma à testatore præscripta naturæ maioratus derogat, *Ord. dicto §. 3. Surd. dec. 95. num. 6. Gail. observation. 20. n. 15. lib. 2. Castill. tom. 3. controvers. cap. 115. n. fin.*

¹²² Cum igitur in præsentī nihil testator contra jus commune disposuerit, nec aliquid addiderit, nec personas certas ad hanc successionem vocasset, sed tantum, ut maioratus successor fuisset de genere dos Freyres, & Mellos, & in ea generatione perpetuo conservaretur, ut patet fol. 40. vers. ibi: *A qual Capella andar á sempre na geraçãõ dos Freyres, e Mellos.* In ceteris omnibus visus fuit se cum dispositione juris conformare, & vocare ad successionem proximiorē ex dictis familiis. Quod etiam confirmatur ex declaratione jam antea facta in instrumento dotali, ubi proximiorē consanguineum vocavit,

ut fol. 31. ibi: *O parente mais obgado.* Quia quando voluntas testantis dubia, & non clara est, deprehenditur ex illis, quæ ipse dixerat ante testamentum, cum *Rip. Alexandr. & aliis* prosequitur *Molin. lib. 1. cap. 5. num. 40.* & dicta voluntas sic ante declarata mutata non præsumitur, immo continuata, notant *DD. in L. non ad ea ff. de conditionibus, & demonstrationibus. Gratian. forens. cap. 416. numer. 5.*

Franciscus à Mello appellantis pater superstes erat tempore mortis Christophori ultimi possessoris, in quo delata fuit successio istius maioratus, cui statim fuit jus acquisitum, tumque proximiori consanguineo, *L. si cognatis ff. de rebus dubiis, & L. intervenis, L. cum oportet de leg. præst. lib. 1. §. si quis proximior ff. unde cognati, cum aliis Molin. lib. 3. cap. 2. num. 9. & cap. 10. num. 8.* De vita ipsius tunc temporis, & quod vixit postea aliquibus annis, satis constat ex testibus, & esse proximiorē consanguineo ultimo possessori ex institutoris sanguine exacte probatur per testes à fol. 168. cum seqq. & ipsam maiorem proximioritatem non probet appellatus R. originarius, immo eam clare fatetur in sua depositione fol. 149. & 150. vers. ibi: *Que se estiver em terceiro grão, será pelos Mellos.* Et deponendo ad replicam fol. 151. ibi: *Que por Mello está em grão mais chegado.* Ubi etiam disponit de ascendencia oppositoris usque ad D. Tereciam, à qua per lineam rectam descendit, prout institutor descendebat, & ejus filius Christophorus ultimus possessor, cumque Franciscus appellantis pater erat in tertio gradu, quod R. originarius non negat in suis articulis, & depositione, nec illum esse ex genere, & familia, dos Mellos. Negat tamen, ad eum excludendum, esse de familia dos Freyres, & quamvis non desinant testes pro sua parte producti, qui de hac negativa testimonia perhibeant, & hoc sit unum ex fundamentis, in quo appellatus nititur, motus ex eo, quod verba vocationis, quibus institutor usus fuit in testamento fol. 40. reperiuntur copulative posita, & ostendunt voluisse institutorem, ut dictus maioratus perpetuo conservaretur in consanguineis, unius, & alterius familiæ, in quo illæ duæ qualitatis concurrerent, quibus in terminis proximior in gradu dici non potest, nisi ille qui fuit conjunctus ex una, & altera familia, ut advertit *Pichard. in §. fin. autem instit. de hered. qualitatibus, & different. numer. 15. Gabr. Pereir. dec. 8. num. 3.* cum proximitas non attendatur, nisi in illis, qui fuerint de stirpe, & de familia, quæ in institutione vocata est, per ea quæ

Molin. ſupra lib. 3. cap. 9. num. 19. verbo aſſerit, proximiores eſſe illos, qui ut tales in vocatione comprehenduntur, non autem illos, quibus aliunde proximitas obveniat, *Flor. ad Gam. dec. 259.* ubi expreſſe ſupradicta confirmat.

Mello por descender. de Dona Teresa. Qui cum ſint contra producentem, pleniffime probant per ea, quæ *Surd. conf. 19. num. 13 & conf. 40. n. 20.*

124 Plane non obſtante probatione negativa facta vocatione huius qualitatis per teſtes ab appellato productos, qui temerarie loquuntur, exactis, & propria confeſſione Rei originarii manifeſtiſſime convincitur Franciſcum huius ſucceſſionis fuiſſe delatum, & oppoſitorem filium ejus in familia dos Freyres contineri, & huius proſapia nobilitate fungi, utpote deſcendentem à D. Teſeſia, à qua etiam inſtitutor, & ejus filius ultimus poſſeſſor deſcendebat, de hac aſcendentia plane deponit Reus originarius, & ſatis conſtat ex teſtibus utriuſque productis, qui diſtinctè non declarant omnes aſcendentes, & gradus, in quibus extant.

Ex quibus clare inferitur Franciſcum, & 127
ejus filium deſcendere non ſolum à familia dos Mellos per Stephanum Soares à Mello maritum D. Teſeſiæ, ſed inſimul à familia dos Freyres per eamdem et D. Teſeſiam, per quorum matrimonium una, & altera familia fuit conjuncta, & copulata, & planum videtur, omnibus ſuis deſcendentibus competere nobilitatem, cognomina, & inſignia tam unius, quam alterius proſapia, & cum in patre appellantis, & in eo concurrant illæ duæ qualitates in inſtitutione, & vocatione expreſſæ, & ſit proximior non tantum in uno, ſed in duplici gradu tam ultimo poſſeſſori, quam inſtitutori indubitanter eſſe præferendum exiſtimo ex juribus ſupradictis: & etiam quia cum ei formaliter conveniant verba vocationis, & diſpoſitionis, debet etiam ei & ipſa diſpoſitio convenire, *L. ita autem in principio ff. de adminiſtratione. tutor. cum aliis Reynof. obſervat. 25. n. 2.*

125 Quod autem D. Teſeſia eſſet ex vera, & illuſtriſſima familia dos Freyres, negari minime poteſt; erat enim filia Roderici Freyre de Andrada, & neptis Nonii Freyre de Andrada, Magiſtri Ordinis Chriſti, qui quidem fuit commune caput huius illuſtriſſimæ familiae dos Freyres, à cujus trunco, & proſapia Franciſcus procedebat, ut dicunt teſtes fol. 168. 169. 198. verſ. 233. 236. 239. & 283. qui omnes, & alii aſſerunt dictum Franciſcum eſſe deſcendentem de illa illuſtriſſima familia computando omnes ſuos aſcendentes, & in eo concurrere inſimul illis duas qualitates de Freyre, & Mello, quod corroboratur cum certitudine Chronici Regii fol. 147. & ſcriptura dotali fol. 492. facta à Rege Joanne anno 1451. prædictæ Teſeſiæ, collocando eam in matrimonium cum Stephano Soares à Mello, in qua eam filiam Roderici Freyre appellat: quæ verba quamvis enunciativa cum ſint in antiquis, & à Principe prolata pleniffimam efficiunt probationem, *Craveta de antiquitate temporum, t. p. ſect. 8. num. 19. Mascard. de probationib. conſul. 919. num. 3. Valaſc. conſul. 167. n. 10.*

Quin obſtet probatio in contrarium facta, quia cum teſtes deponant ibi, à negativa potius ſunt excludendi teſtes appellantis, qui de firmativa teſtificantur, quorum dicta corroborantur cum certitudine authentica Chronici Regii, cum inſtrumento dotali, & cum teſtibus contra producentem, qui omnes efficiunt dictam probationem magis qualificatam, & verofiſſimam, & maiori fide dignam, per quæ omnia corruiſſe primum fundamentum, in quo appellatus inſiſtit, quatenus absolute negat appellantem, & ejus patrem non eſſe de familia dos Freyres, cum contrarium ex ſupradictis manifeſte conſtat.

126 De qua etiam deponunt teſtes contra producentem, nempe Gaſpar Maldonatus huius rei peritus fol. 347. ibi: *E que Dona Teresa de Novaes era do verdadeiro ſolar dos Freyres, filha de Ruy Freire de Andrada, e neta do Meſtre Nuno Freire de Andrada.* Et teſtis Martinus Paes à Mello fol. 349. verſ. aſſerit etiam eſſe filiam, & neptem ſupradictorum, & in idem tendit alter teſtis contra producentem fol. 351. verſ. ibi: *E que tambem be Freire, e Mello por ſua mãy D. Antonia de*

Et parum refert, quod nec Franciſcus, nec ejus pater, & avus hoc cognomine Freyre appellarentur; ſufficiebat namque, ut potentialiter eo uti poſſent, & eis de jure competeret, cum id fuiſſet in Reo originario, qui cum eſſet Freyre, dicto cognomine non utebatur, ut ex actis apparet.

Ad aliud fundamentum, in quo conſiſtit 129
totum jus, & ſubſtantia huius contentioſis, nempe unicas, & diverſas eſſe in hoc Regno familias dos Freyres, & quod quamvis appellans, & pater ejus fuiſſet, dos Freyres, & Mellos, non erat tamen dos Freyres Machados. quos tantum inſtitutor vocare viſus fuit, à quibus Reus originarius deſcendebat, erat namque inſtitutor filius Roderici Freyre, & nepos Ludovici Machado, cujus filius etiam erat Joannes Freyre frater ex utroque latere patris inſtituentis, à quo Joannes

nes Reus originarius, per lineam rectam descendebat, quia dictus Joannes genuit D. Elisabetham Freyre, matrem Melchioris de Oliveyra, qui genuit Emmanuelem patrem Stephani Rei originarii, & scilicet per gradum complicationem erat in quinto gradu cum ultimo possessore, & sic remotior in gradu duplici, sed ex prædicta qualitate de Freyre Machado, contendit se præferendum juxta formam sententiæ Judicis inferioris.

131 Sed dicto fundamento minime obstante, contrarium indubitanter censeo, tum ex dictis à sapientissimo Domino in sua doctissima deliberatione, ubi multis juribus, & rationibus, quæ mihi arrident, diluit supra dictum fundamentum, quam etiam quia in familia, & prosapia non præsumitur diversitas, nec pluralitas, immo identitas, & ei, qui dicit universum esse, incumbit onus probandi, declarando specificè ascendentes, & gradus, per quos ipsa diversa familia descendit, & à capite unde dirivatur, per ea quæ cum *Abbat. Faz.* & aliis, tendit in simili *Mascard de probation. concl. 1179. num. 24. Pellaes de maioratib. 2. p. quæst. 7. num. 88. & num. 92.* in præsentem autem nulla concludens probatio adest de diversa familia de Freyres, procedente à diverso capite, immo ipsemet Reus in sua depositione fol. 152. fatetur Rodericum patrem institutoris esse filium Ludovici Machado, & uxoris suæ Leonoris Rodrigués, & non de D. Maria Freyre, & nescire unde vocabantur Freyres, ut ibi: *Que Ruy Freyre, pay do instituidor, soy filho de Lutz Machado, e de sua mulher Leonor Rodrigues, que assim se chamava, e não Dona Maria Freyre, e que o pay do instituidor, e o mesmo instituidor se chamarão Freyres, mas não sabe por que via.* Nec sui testes super diversam originem horum, Freyres, aliquid concludenter deponunt, qua probatione deficiente, pro appellante stat juris præsumptio, de qua supra, ut potius intelligatur in identitate esse eandem familiam, & non diversam.

132 Nec ex insigniis appositis in Capella, de quibus constat ex actis inspectionis, nec in foribus maioratus potest argui, nec valida summi præsumptio, fuisse institutorem visum vocare familiam dos Freyres Machados, quæ nunquam fuit, nec in sæculo erat. Repugnat namque vocatio expressa dos Freyres, & Mellós, qua testator usum fuit. Verba namque dicentis mentem, & voluntatē demonstrant juxta notata *L. Labeo de suppelestil. legat. Surd. dec. 276. n. 12.* Et quando verba sunt clara, cessant præsumptiones, & conjecturæ. Eo maxime quia, cum in dotali

instrumento simpliciter loquutus fuisset ex Freyres, ad omne dubium evitandum addidit in testamento, *na geração de Freyres & Mellós*, vocando proximiores, in quibus illæ qualitates, de Freyres, & Mellós concurrent, & non de Freyres Machados, quod si voluisset, facile expressisset: & cum dispositionis verba convenient appellanti, debet in eo verificari ejus dispositio, existente in proximiori gradu, ut supra dixi. Præcipue quoad proximorem excludendum per remotiorem consanguineum necesse est, quod vocatio de remotiore sit specialis expressa, & non dubia, probatur ex *text. in L. cum ita §. in fideicommissio de leg. 2. ibi: Qui ex bis primo gradu procreati sunt, nisi specialiter defunctus ad ulterius voluntatem suam extenderet. Ubi notantur cõmuniter Doctores:* & cum in præsentem non detur expressa, & clara vocatio, quæ admittat appellantem, & excludat appellatum, immo sub verbis vocationis manifeste comprehendantur, indubitanter præferendus venit appellans.

Quod melius corroboratur ex eo, quod bona vinculata non provenerunt per viam paternam, per quam Reus conatur oppositorem expellere, immo per viam maternam, per quam appellatus est consanguineus, & conjunctus ipsi institutori, & ultimo possessori, constat namque bona vinculata fuisse possessa per Petrum de Mello, vulgo *chamado o do Pucaro*, institutorem, & postea per filiam suam D. Annam à Mello ejus matrem, à qua devenerunt ad Ludovicum institutorem in causa principali fol. 33. vers. & dicunt testes fol. 98. & fol. 243. vers. quæ conjunctio à latere, unde bona provenerunt, tantum attenditur, & consideratur in successione maioratus, non autem illa, per quam bona non provenere, *Dec. cons. 144. à num. 3. Bald. in L. cum virum num. 22. ff. de fideicommiss. Pellaes de maioratib. 2. p. quæst. 7. num. 19. ibi: Et sic ex latere, unde bona proveniunt. Phab. 1. p. dec. 44. n. 13.*

Et ultra supradicta constat ex inspectione oculorum, institutorem etiam in foribus ædium maioratus, & Capellæ apposuisse insignia dos Mellós, & quamvis appareat in eo dicto scuto esse posita illa dos Freyres, & Machados, erant tamen separata, & distincta una ab aliis, & arma, & stemmata dos Freyres esse illa propria, & genuina, cum quibus illa illustrissima familia dos Freyres à suo capite, & radice fuit semper condecorata: & sic intelligendū est in dubio cognomen hoc dos Freyres, tam institutoris, patrisque sui potius procedere ab illa antiqua familia, & trunco dos Freyres, sub quo appellans continetur

tinetur, quam ex alio incognito, & humili ex capite, de quo non constat, ex quibus, & aliis à sapientissimo Domino consideratis in sua eleganti, & doctissima deliberatione, oppositorem præterendum esse dicerem, condemnato appellato, ut bona restituat cum fructibus a tempore litis contestatæ, sic Iudice revocato. Portu Junii 10. 1660. Soufa.

134 Aqua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatuum, ubi fuit confirmata: Iudices. Doctor Leitaõ. Doctor Fonseca. Coutinho.

Et junctata fuit in deliberationibus sequentibus.

135 Diligenti studio examinato processu probabit nullitatibus in hac instantia allegatis, de quibus non est curandum, nam Senatus iudicat veritate inspecta, *Ord. lib. 3. tit. 63. in princip. Valasc. de jure emphyteutico quæst. 6. num. 12 & 14.* Relicta etiam quæstione jam decisa per sententiam Iudicis, confirmatam in utroque Senatu fol. 523. & 524. posthabita facti enarratione dilucide exposita in deliberatione fol. 601.

136 Constat ex actis, aggravatum esse ex generatione dos Freyres, & ex prosapia dos Mellos, originemque trahere à D. Teresia de Novaes, alias Freyre, & à Roderico Freyre de Andrada, & à Petro de Mello, vulgo *o do Pucaro*, ut visitur ex testibus fol. 182. usque fol. 187. & 216. & 252. & 258. & 264. quod quidem aggravantis pater non negavit in depositione fol. 163. vers. & esse per stirpem, & prosapiam dos Mellos in proximiori gradu cum ultimo possessore maioratus contentions, & etiam per prosapiam dos Freyres, de quibus institutor meminit fol. 43. quod corroboratur ex testibus per partem aggravantis productis fol. 391. & fol. 392. & fol. 395. & ex instrumento fol. 158. Igitur cum aggravatus sit proximior in gradu cum ultimo possessore, recte sequitur, illi pertinere maioratum ex dispositis in *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2.* Idque de jure communi frequenter tradunt *DD in L. cum ita §. fideicomisso ff. leg. 2. & alibi passim. Phæb. 2. p. dec. 42. num. 1. & dec. 104. num. 3. & 13. & 1. p. dec. 97. num. 13. Gabr. Pereir. dec. 5. Gratian. forens. tom. 2. cap. 285. num. 21. Gracia de beneficiis p. 7. cap. 15. n. 20. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 47. & lib. 3. cap. 9. per tot. Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 11. gloss. 1. num. 50. Valasc. de jure emphyteutico quæst. 50. n. 34. Julio Claro §. testamentum quæst. 76. num. 14. Covas. practic. quæst. 38. num. 1. Rolandus à Valle cons. 100. num. 10. Gam. dec. 7. per tot.* Cum enim testator loco supra citato disponat, quod succedat consanguineus, proximior

ex prosapia dos Freyres, & Mellos, qui sunt expresse vocati: & si voluisset, quod succederent Freyres Machados, id exprimeret, nam aliud velle non præsumitur, nisi quod ex eius verbis possit conjecturari, *L. Labeo 7. ff. superpetet. legat. L. Gallus §. 1. ff. de liberis, & posth. L. in ambiguo ff. de rebus dubiis.* Expresse itaque testatoris voluntas tamquam Regina dominatur, *Ord. l. 4. tit. 100. §. 3. L. cum quæstio in fine C. de legibus, Gam. dec. 16. & 18. Mend. in praxi lib. 3. cap. 11. num. 8. Mascard. de probationib. vol. 3. concl. 1236 num. 82.* Quibus visis, & quæ ex actis constent, sententiam Senatus Portuensis confirmarem, & si sequenti Domino placuerit, ut in sua aurea deliberatione acta petita ab aggravato exhibeantur, assentiam. Ulyssipone 2. Maii 1672. Doctor Coutinho.

Ingens hujus processus supercilium ingentem minitabatur laborem: sed dempsores sarcinam insignes labores eruditissimorum patrum inferioris Senatus à fol. 601. & 607. mirifice distributi, affluenter ornati; quos manu evolvens, meditando mente, adamussim exactos esse, lucernaque elucubratos suspicor. Quibus loculenter traditis, generose scriptis non tantum vana forent additamenta, sed nec fieri possent, nisi à dictis ducta, à viribus vires mutando, rem nimis dubitam, indubiam reddidere generosi illi juris periti, quorum vestigia indubius adoro. Ulyssipone 25. Septembris ann. 1673. Leytaõ.

Convenio. Fonseca.

C A P. III.

Maioratum quis possit instituere, & qua forma, & in qua dispositione, & quis dicatur Institutor maioratus, ad hoc ut consanguineus censeatur inclusus, vel exclusus.

S U M M A R I U M.

- 1 Qualibet persona, quæ non censeatur prohibita, potest instituere maioratum suorum bonorum, & qua forma
- 2 Pater, aut mater an, & quomodo possint facere maioratum in filiorum præjudicium.
- 3 Uxor an possit facere maioratum inconsulto viro, & quid si factus fuerit in eadem

- charta: & num. 4.
- 5 Impubes minor, aut filius familias, an, & quando possint facere, & erigere maioratū.
- 6 Condemnatus ad mortem, Bannitus, Miles, & Reus criminis an possint constituere maioratum.
- 7 Quid in furioso mentecapto, surdo, & muto.
- 8 Monachus, aut Monialis an possint facere maioratum, & quando, & illum revocare, & declarare post professionem.
- Ibid. Quid in Clericis captivis, & Cōmendatariis.
- 9 Quid in Episcopo.
- 10 Maioratus qua forma, & scriptura fieri possit, an per terminum confessionis, inventarii, & testibus quando testator impeditus fuit: & n. 11. usque ad n. 35.
- 36 De pactis cum quibus potest institui maioratus, & quando valeant, vel non.
- 37 Institutor dicitur, qui maioratum erexit, & filius qui consentit in gravamine legitime, ad hoc ut vinculetur.
- 38 Institutor dicitur, qui jubet facere maioratum per Cōmissarium, & non Commissarius.
- 39 Quando in aliquo possessore incipit præscriptio bonorum liberorum ad maioratum constituendum, iste primus possessor dicitur institutor, & primus acquirens in concessione Regia.
- 40 Aggregans bona maioratui secundum institutoris obligationem non dicitur institutor, nec potest facere novas vocationes, sed regulanda est successio per antiquas: & n. 41. & 42.
- 43 Secus si aggregavit, aut annexavit sua bona, quia tunc potest, & de ratione in seqq.
- 48 Quid si aggregatio facta fuerit cum eisdem conditionibus maioratus antiqui, & quomodo regulari debeat.
- 49 Quando aliquis vult aggregare bona maioratui, melius est annexationem facere cum eisdem clausulis maioratus antiqui, & quare quæ servandæ sunt: & in seqq.
- 50 Et quid quando Princeps facit concessionem ad maioratum.
- 51 Quando particularis facit maioratum, & dicat relinquere talia bona aggregata tali maioratui, cum conditionibus, & vocationibus illius, & secundum illius formam per illius vocationes regulanda est successio, & quare. n. 52. & n. 53. & seqq.
- 54 Idem dicendum est in concessione Regia ad talem maioratum: & in seqq.
- 55 Et succedere debet, qui vocatus fuerit in institutione maioratus, etsi non invenitur secundum consuetudinem.
- 59 Verba secundum, juxta, sicut, prout, quo-

cumque modo explicantur: & in. seqq.

- 63 De natura unionis, & de ejus effectu ad multa: & in. seqq.
- 75 In concessione Regia ad maioratum, quis dicatur institutor.
- 76 Aggregatio tripliciter fieri potest, & quomodo, & probetur: & in. seqq.
- 84 In bonis annexatis quis dicatur institutor, & de obligatione annexandi tertiam, aut certam portionem, & quando obliget, vel non, & quomodo, & an sit valida, & quæ actio competat successoribus maioratus contra heredem ultimi possessoris pro bonis annexandis consequendis, aut pro æstimatione, & fructibus ad multa: & in. seqq.

Quælibet persona libera potest maioratum instituere suorum bonorum, quibus cumque clausulis sibi bene visis, ut diximus *Forens. resol. cap. 4. n. 1. & seqq.* Et si habet filios, potest facere maioratum ex suo tertio in nostro Regno, & apud Hispanos de tertio; & quinto, etsi careat filiis, de cunctis bonis potest erigere maioratum, nisi expresse prohibeatur, ut tenet *Fragos. de reg. reip. p. 3. lib. 9. disp. 18. n. 2.*

Et ita potest facere maioratum Pater, Mater, aut Avus de omnibus bonis, si fiat auctoritate, & licentia Regis, *Fragos. d. disp. 8. num. 1.* Quia sine illa non valet, licet fiat in contractu dotali ad filium Primogenitum, & non obstante illo, si ex matrimonio nati fuerint plures filii, possunt maioratum revocare, legitimamque petere, ut judicatum fuit in causa, de qua supra *cap. 1. num. 54. ex DD. quos Ego ipse refero in comment. ad Ord. tom. 2. ad § 39. pag. 249. n. 94. & seqq. Uterque Valasc. Unus conf. 153. Alter alleg. 63.*

Ex quibus uxor potest instituere maioratum in testamento, aut alia ultima voluntate inconsulto marito, ex contractu autem non potest, nisi auctoritate viri, aliàs primogenium nullius erit momenti, ut ex utroque *Molin. tradit Fragos. d. disp. 18. num. 6.* ubi etiam quando possit revocari, vel non, explicat *Mier. de maior. p. 1. q. 1. n. 14. Thom. var. tract. 9. tit. 6. num. 3. 10. 21. 22. 23. & 24. Aug. Barb. vot. 65.* ubi etiam an facultas concessa ab uxore marito instituendi maioratum, intelligatur facta juxta viri boni arbitrium, vel inter consanguineos uxoris. De qua re etiam *Noguerol. alleg. 9.*

Et potest institui a marito, & uxore in eadem charta, & an tunc sit unus maioratus, vel duo sint, & qui consanguinei in illo succedant, diximus *tom. 4. in comment. ad Ord. tit. 50. num. 176. pag. 262.* & me citato hoc in loco tradit *Luca de linea leg. art. 9. num. 42.*

De qua re *Rox. de incomp. p. 8. cap. 3. num. 5. usque ad n. 8.* Sed non vir, aut uxor absque alterius consensu, ut vidi iudicatum, si factus fuerit per contractum, de qua re vide sententiam sequentem.

No feito de petição de revista de Antonio Corte Real de Sampayo, em que são partes D. Miguel de Almeida, e Francisco de Almeida, como tutor do orfão Veríssimo Corte Real de Sampayo, Escrivão Manoel de Goes Pinheiro, te deu a sentença seguinte.

Acordão em Relação, &c. Que vistos estes autos, escritura do contrato, testamentos dos defunto Manoel Corte Real de Sampayo, e Dona Francisca da Cunha, provisão da mesa do despacho. pela qual omitida a primeira instancia se cometteo a esta Mesa a decisão das duvidas, tocantes ás terças dos ditos defuntos, termo de consentimento dos coberdeiros, que ouveraõ vista dos autos, e nelles allegaraõ de sua justiça por seus curadores. Julgaõ, que nas partilhas, que se fizerem dos bens dos ditos defuntos, se guarde a fórma seguinte. Da terça de Dona Francisca da Cunha mandaõ que se separem dez mil Xerafins para a Capella, que juntamente com seu marido instituirãõ por contrato inter vivos, a qual adjudicaraõ ao coberdeiro Antonio Corte Real de Sampayo nomeado para successão della depois da morte de seus pays instituentes, com declaração, que lhe não sejaõ entregues sem primeiro dar fiança abonada ao emprego delles, que será por ordem, e authoridade do Provedor Mór dos defuntos, por quanto a instituição da dita Capella feita em o tal contrato, ficou logo firme, e valiosa (quanto aos ditos dez mil Xerafins) não obstante o não haver aceitação do instituido, e bastar conforme a Ley do Reino a do Tabaliaõ, sem que a pudesse alterar por sua morte; e do mesmo modo mandaõ se apartem outros dez mil Xerafins para a dita Capella da terça do defunto Manoel Corte Real de Sampayo, por serem igualmente marido, e mulber constituintes della. E no tocante ao residuo das ditas terças se repartirá na fórma dos testamentos: a saber o restante da terça da dita defunta Dona Francisca da Cunha pelos tres coberdeiros Antonio Corte Real de Sampayo, Veríssimo Corte Real, e Dona Paula Eiria Corte Real pro rata, e o remanecente da terça de Manoel Corte Real de Sampayo se adjudicará nas partilhas ao dito menor Veríssimo, como seu pay dispoem em seu testamento, porque ainda que no contrato que fez em sua vida, disseſse elle, e sua mulber, que os remanecentes de suas terças vinculavaõ por suas mortes, se ex-

plicaraõ por palavras de futuro, reservando para ao tal tempo da morte a instituição da Capella: nos quaes termos podiaõ revogar semelhabante disposiçaõ, assim por esta causa, como por que devendo se aos filhos por direito natural as legitimas dos pays (de que não podem dispor) se se ouvessem de applicar os taes remanecentes á dita Capella, havendo se por firme a sobredita disposiçaõ, ficavaõ os instituidores fazendo vinculo de todos os seus bens, presentes, e futuros, e por consequencia, tambem ficavaõ intestaveis, sem terem de q̄ dispor ao tempo de suas mortes, em razão do que licitamente, conforme a opiniaõ mais comua, podiaõ os ditos defuntos alterar, e revogar a dita disposiçaõ, como de facto o fizerãõ, e quanto á pretensa nullidade do testamento de Manoel Corte Real de Sampayo, deixaõ direito reservado a Dona Paula Eiria Corte Real para a poder proseguir, via ordinaria, se lhe parecer, e do mesmo modo ao menor Veríssimo Corte Real sobre a successão da Capella, por se não poder tomar conhecimento nestes autos destes dous requerimentos. E paguem todos os tres coberdeiros pro rata as custas dos autos. Goa 14. de Mayo de 1675. Monteiro. Madeira. Almada.

A qua sententia fuit petita revisio, & fuit negata.

Impubes non potest constituere maioratum, ut inquit idem *Fragos. d. disp. 18. n. 3. & in §. in dubio*, an præsumatur tempore constitutionis pubes, vel impubes. *& n. 5.* an minor possit facere maioratum autoritate tutoris, vel sine illa, & vide circa materiam hanc casum, de quo ego ipse in comment. ad *Ord. tom. 7. ad tit. 87. §. 28. gloss. 30. num. 29. & seqq.* Et quid in filiofamilias, vide *Portug. de donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. §. 5. n. 48. Hermosill. in L. 3. tit. 4. part. 5. gloss. 1. num. 13. & 19. Cancer. p. 1. var. cap. 8. num. 51 & seqq.* & in specie *Thom. ubi supra n. 11. & 35. Greg. Lop. in L. 4. tit. 11. part. 5. verbo aliquid pro Castell. lib. 5. cap. 67. num. 52.* Et ita consului in causa Syndici Capucinatorum cum hæreditate Joannis Borges de Moraes, super qua re pendet lis in Iudicio Curia, Escrivão no officio do Mouro.

Condemnatus ad mortem non potest instituere maioratum, sed condemnatus ad perpetuum carcerem potest, ut tenet *Fragos. d. disp. 18. num. 4.* & quid in bannito. *Thomas ubi supra n. 13. & 12* quid in milite de bonis castrensibus, & *num. 15.* an possit fieri ad incapaces, & illegitimos, & *n. 33.* an possit constitui à Reo læsæ Majestatis.

Furiosus, mentecaptus, vel fræneticus, non possunt instituere maioratum, nisi habeant

beant dilucida intervalla, tunc enim tempore sanæ mentis possunt instituire maioratum *Fragos d. disp. 18. n. 7. ubi n. 8.* An possit fieri à muto, vel surdo *Thomas n. 14. §. 34.* ubi de eo qui loqui non potest, & an possit facere maioratum nutu, & n. 5. quod isti possunt facere maioratum cum onere piæ causæ, aut Regis consensu.

8. Religiosus, seu Monachus, aut Monialis possunt facere maioratum ante ingressum Monasterii, aut professionem in Monasterio, secus autem post professionem, *ex DD.* quos allegavimus *Forens. resol. cap. 20. n. specie Fragos d. disp. 18. §. 2 n. 9.* ubi etiam quando revocari possit: & iudicatum fuit in causa sequenti.

No feito de D. Francisco da Sylva contra Dona Maria da Coluna, Religiosa no Mosteiro de Santa Anna, Escrivão Joaõ Alvarez da Costa, se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos, libello da A. contrariedade dos RR. provas dadas, mais documentos juntos porque se mostra pedir-lhe a A. as marinhas da contenda, com fundamento fundado na escritura, porque forão aforadas ao marido da A. o Dezembargador Francisco Finsa por mil e quinhentos reis de foro cada anno, e estando na posse dellas, tendo gastado dinheiro consideravel em as fabricar, e reparar por estarem damnificadas, quando lhe forão aforadas as AA. mandaraõ tomar posse das ditas marinhas sem titulo, que valido, ou justo seja. Por parte das AA. se mostra ser as ditas marinhas da Madre Maria da Coluna, Religiosa professa do Convento de Santa Anna desta Cidade, que conforme a Direito não tinha faculdade para dispor das ditas marinhas, nem fazer morgado sem especial ordem, e faculdade de seus Prelados, e que a que se apresenta fora feita antes com declaração, que não seria o dito aforamento feito senão com utilidade do Convento, e não em prejuizo das rendas delle, como no Breve se manda, se ficaraõ dando pelas marinhas 1500. de foro, rendendo mais de quarenta mil réis; e com mayor razão, reconhecendo o marido da A. ser ella de Capella, como o declara nas petiçãoens, que fez ao Dezembargo do Paço, pedindo faculdade para as poder aforar, a que se lhe não deferio. O que tudo visto, e o mais dos autos, disposição de Direito allegado em suas finais razãoens. Absolvo as RR. do contra ellas pedido, e sobre os rendimentos das ditas marinhas, e despesas, que a A. nellas fez, e rendimentos, que o dito seu marido cobrou da fazenda das RR. E fardão contas deduzindo as por ambos na liquidação desta sentença. E pa-

gue a A. as custas dos autos. Lisboa 20. de Março de 673. Antonio Lobo Torneo.

A qua sententia fuit appellatum, & fuit confirmata: Iudices. Doctor Freyre. Oliveyra.

Hæc sententia fuit fundata in deliberatione sequenti.

Meritissimi Præsidis Curialis sententiam absque ulla hæsitacione confirmarem, quoniam Monialis salinam, de qua agitur, in emphyteusim dare non valebat absque valida Prælatorum licentia; illa namque, quæ in actis inspicitur, sufficiens non erat ad contractum celebrandum, siquidem tantummodo concessa fuit ad casum, in quo census fuisset in utilitatem Monasterii, & de ejus damno in tam modica pensione, nemo est, qui dubitare posset, & si hæc non sat essent, sufficeret, quod ex actis constat, salinam Capellæ esse: ex quibus, & aliis, quæ ex actis apparent sententiam confirmandam censerem. Ulyssipone 30. Decembris 1673. Oliveyra.

Convenio. Doctor Freyre.

Et quid dicendum in Commendatoribus trium Ordinum Militarium, affirmative iudicatum vidi multoties, & tenet *Fragos.* ubi supra *Scan. infr.* ubi etiam quid in Melitenibus, & Equitibus Sancti Joannis Hierosolymitani, *Add. ad Molin de prim. lib. 2. cap. 9 num. 69. Scano in propugnacul. Sacr. Relig. milit. discept. 9. cap. 5. num. 11. §. per tot.* ubi etiam quando possit, vel non facere dispositionem, & testamentum, & maioratum, ut dictum est, de qua re vide sententiam sequentem.

No feito de Dom Joaõ de Souza com D. Luiza de Menezes, Escrivão Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos, libello da Religião A. contrariedade dos Reos, e sua reconvenção, replica, treplica, prova dada, papeis, e mais documentos juntos. Mostra: por parte dos Reos, serem mulher, e filhos de Luiz Brandaõ, sobrinho do Balio Braz Brandaõ defuntos, os quaes com outros camaradas moravaõ de humas portas a dentro nas casas da contenda, donde ao tempo do falecimento do dito Balio se achou, e entregou pelo dito Luiz Brandaõ ao Procurador geral da Religião A. as chaves dos baús, contadores, canastras dos bens do defunto Balio, excepto de huma cadea, ou colar de ouro de grande preço, e valor, e de huns quadros, e liteira, dizendo o dito Luiz Brandaõ eraõ seus, e lhe pertenciaõ os taes bens moveis, por lhos aver dado, e feito doação dellas por morgado o dito Balio seu tio, e que a dita cadea se fundira, e fizera de outras, que eraõ pertenças de seu morgado.

Mof-

Moſtrase mais por ſua parte dos ditos Reos, ſer lhe o dito Balio devedor de ſinco mil cruzados, pedidos por reconvenção à Religião Authora, por lhes pertencerem a elles Reos, pela eſcritura de doação, que anda nos autos a fol. 125. com o ſeguinte. Por parte da Religião, moſtrase o Balio defunto ſer ſem alguma controveſia Religioſo, e Cavalleiro profeſſo da Ordem de S. João do Hospital de Jeruſalem, e como tal tudo que adquiriſſe, não era ſeu, ſenaõ de ſeu Convento, e Religião, não podia dar, diſpõr, nem doar, muito menos podia depois de ſua morte, ſem expreſſa licença do Graõ Meſtre ſeu Prelado, e mais ſendo de tanta conſideração, e porte as ditas peças, e cadea, que o dito Balio por ſua ordem mandou fazer de ſeu ouro, e dinbeiro, e de huma cadea de tres voltas, que de Malta trouxera ſeu irmão (tambem Religioſo da dita Ordem) Fr. João Brandaõ como contra os Reos ſe prova da ſua teſtemunha, o ſeu parente fol. 136. e pelas teſtemunhas fol. 59. verſ. no fim junto fol. ſequenti propenſinem, e verſ. aonde conteſtemente depoem, que quando diziaõ ao Balio, que a cadea era curta, dizia, que aſſim a mandãr a fazer, por reſpeito de lhe não chegar à guarnição da eſpada, e por ſua a levava para Malta, para onde estava de caminho, como os Reos confeſſaõ no ſegundo artigo de ſua reconvenção. O que viſto, e o mais dos autos, diſpoſição de Direito conforme ao qual, Eſtatutos da Religião Authora, e como não conſta de doação, nem ſe pôde preſumir (nem o dito Balio a poder fazer ſem primeiro alçar licença em eſcrito do Graõ Meſtre, conforme a ſua Regra, e eſtatutos. O que não ouve, nem para teſtar, nem fazer doação alguma (ainda cauſa mortis) como os ditos Reos deduzem por toda ſua inquirição, que ſe regula como teſtamento. Julgo a dita cadea, quadros, e liteira por bens do defunto Balio, de que actualmentẽ pelo tempo de ſua morte estava de poſſe, e tinha o dominio, e como taes pertencerem a ſeu Convento, e Religião Authora, que mando lhe ſejaõ entregues, como ſua herdeira que he. E quanto às caſas ſitas na rua de noſſa Senhora do Loreto, a que a dita Religião não moſtra titulo, por onde lhes pertençaõ, e os Reos ajuntaraõ as eſcrituras, que andaõ nos autos a fol. 224. até 244. incluſive, e pela teſtemunha da Authora dada fol. 58. verſ. & 59. verſ. ſe prova ſerem, & pertencerem por ſeus titulos aos Reos. Os abſolvo do pedido dellas pela Religião Authora: e das outras caſas, ſitas em Peneixos Aldea de Sampayo, cedem, e ficaõ ſendo do administrador do morgado, por eſtarem em terras delle ſitas, ſuppoſto foſſem feitas, e fabricadas com

a fazenda do defunto, que he viſto confeſſarem os Reos em ſeus artigos, allegando o direito de terceiro, que nenbum lugar tem, e ſõmente o deixo ſalvo à Religião Authora, para o demandar pela via que lhe parecer, e diſpoem os Eſtatutos della. E dos ſinco, ou mais de ſinco mil cruzados, pedidos pelos Reos em ſua reconvenção, viſto o theor da chamada eſcritura de doação fol. 125. & 126. que por ſer feita entre taõ conjuntas pessoas, e depois de paſſado tanto tempo, e morte do Balio, e de ſe intentar eſta cauſa neste juizo, e viſto outroſim a prova vaga, e incerta, que sobre a tal reconvenção de raõ os Reos, nem o pay delles, a tempo que veyo com embargos ao monitorio, allegar, nem outro algũ tempo allegou, nem fallar na dita divida, ſendo que confeſſaõ os Reos no terceiro artigo da reconvenção, correr o avo dos Reos, e irmão do Balio com ſuas Comendas ſe preſume a tal eſcritura feita em fraude da Religião Authora. ſuſpeitoſa, e ſimulada. Abſolvo a dita Authora dos ſinco mil cruzados, e apparecendo o ajustamento, e reſumo de contas, lhes deixo aos Reos ſeu direito reſervado contra a dita Religião, entendendo que o tem. E paguem os ditos Reos as duas partes das cuſtas, e a Authora Religião a outra parte. Porto de Fevereiro 5. de 1665. Paulo de Saldanha Coſta.

Aqua ſententia fuit appellatum ad Senatnm Portuensem. Ubi fuit lata ſententia ſequens.

Acordaõ os do Dezembargo, &c. Bem julgado he pelo Juiz dos Orçaõs na acção, em abſolver aos Reos das caſas pedidas pelos AA. com declaração, que não terá lugar a reſerva que lhe deixa, para poderem pedir aos Reos as bemſeitorias, que o Balio Frey Luiz Brandaõ fez nas ditas caſas do morgado. Poderem em condenar aos Reos no colar de ouro, liteira, machos della, e quadros, não foy por elle Juiz bem julgado, revogando nesta parte ſua ſentença: Cumpraſe o confirmado com a dita declaração, por alguns de ſeus fundamentos, e o mais dos autos. Os quaes viſtos, e como ſe moſtra o dito colar ſer accreſcentado ſobre tres voltas de cadea de ouro que eraõ de Ruy Brandaõ, Avo dos Reos, poſſuidor do ſeu morgado, o qual ſe accreſcẽtou com outro ouro de Luiz Braudaõ, pay dos Reos, poſſuidor do meſmo morgado, e poſto que o dito Balio Braz Brandaõ deſſe algum ouro para ſeu accreſcentamento, o podia fazer, viſto a qualidade da cauſa, e parenteſco que tinha com o dito Luiz Brandaõ ſeu ſobrinho, e ſer a doação feita em vida do dito Balio, e como outroſim ſe moſtre os quadros, e liteira ſerem dados pelo

dito Balio ao dito seu sobrinho, pay dos Reos. Absolvem aos Reos do pedido nesta parte pelo Procurador da Religião, e no que toca à reconvenção, foy bem julgado pelo Juiz em absolver a Religião della, confirmação sua sentença por alguns de seus fundamentos, e o mais dos autos, com declaração, que não terá lugar a reserva, que o dito Juiz deixa aos Reos reconvinentes. E paguem estas partes as custas de ambas as instancias de permeyo, em que os condemnou Porto de Julho 7. de 1665. Almeyda. Soares.

Hæc sententia fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

Quatuor petit Procurator Religionis in libello oblato contra RR. fol. 4. Primum, domus sitas in Urbe Ulyssiponensi. Secundum, monile aureum magni ponderis. Tertium, domus sitas in Villa de Peneixos, Parochiæ Divi Pelagii. Quartum, picturas quadratas, & rhedam, vulgo liteira, & ejus muliones, de quibus singulis despiciendum.

In primis adverto: pro Religione non fuisse factam testium inquisitionem in hac clausula, sed tantum adjunctum fuisse transfumptum cujusdam summariæ justificationis factæ coram Conservatore Ecclesiastico ad effectum promulgandi censuras, ut cernitur à fol. 54. quæ in hoc Judicio non facit probationes, tanquam facta in judicio summario Ecclesiastico, & ex eo quia facta fuit sine partis citatione, quæ omnino interfuisse debebat, ut optime ostendit doctus Patronus in orationibus à fol. 25. num. 2. Quæ ratio vere concludit absolutiones RR. ex generali fundamento; quod A. non probante R. absolvitur.

His præhabitis, quod attinet ad primas domos Ulyssiponenses, ad sunt scripturæ à fol. 224. & 233. quibus probatur: Ludovicum Brandaõ parentem RR. illas emisse, pretium solvisse, & earum possessionem fuisse adeptum, & consequenter dominium acquisivisse, & nullum dubium resultare, quin ad eorum favorem sit judicandum.

Circa monile aureum constat, quod Commendator Joannes Brandaõ veniens ab insula Melitensi dedit fratri suo Roderico Brandaõ Avo RR. catenam auream trium flexuum, ut maioratui vincularetur, & cum placeret eorum fratri Baulivo Blasio Brandaõ, quod dictum monile adderetur, & majus fieret, prædictus Ludovicus parens RR. successor in maioratu aliam catenam duorum flexuum adjunxit, & aliquid insuper aureum, ex quibus omnibus monile magni ponderis conflatum est: ut hæc omnia con-

stant ex testibus signatis à Patrono fol. 260. à n. 15. scilicet, Baulivus aliquod aurum donarat ad incrementum ipsius monilis, talis donatio valida fuit, ut ostendetur. Quo ad domos sitas in Villa de Peneixos, Parochia Divi Pelagii, constat esse antiquitus fundatas in terra ipsius maioratus, & illas reformasse Ludovicum parentem RR. suis expensis, ut asserunt testes in locis signatis à Patrono fol. 258. vers. num. 7. Et si prædictus Baulivus aliquid in illarum reformatione expendisset, totum id cederet solo absque ulla repetitione, *text. capitalis in §. ex diverso Institut. de rerum divisione.* De quo videndus insignis *Barbos in L. divortio §. fin. l. 1. p. à num. 77. ff. sol. matr. Menoch lib. 3. præsumptione 31. à princip.* Quoad picturas quadratas, rhedam, & illius muliones, constat, omnia Baulivum dedisse prædicto Ludovico ejus sobrino, ut jurant testes in locis signatis à Patrono fol. 260 num. 13 & 14. Et quod muliones essent proprii ipsius Ludovici, & Baulivum illos rendidisse, & pecuniam ex pretio recepisse. Videndi sunt testes fol. 137. vers. & 140.

Quod autem donationes de rebus mobilibus à Baulivo validæ fuerint, probatur ex eo, quia Equites Melitenses fructuum suarum commendarum usufructuarii sunt, & de illis in vita possunt disponere, & citra testamenti factionem quoad omnia prælatis æquiparantur, *Gratian. forens. cap. 854. à num. 50. dec. 880. num. 32. & 33. posth. Sot. Seval & Sarm.* & quod prælatis non sit prohibita donatio fructuum sui beneficii in vita, post alios resolvit *Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. à num. 31.* & circa Equites Melitenses testantur testes fol. 57. vers. & 68. Non videtur igitur dubitandum de validitate donationum rerum mobilium, si quas ipse Baulivus fecit cum sobrino Ludovico, dum viveret, cum sola testamenti factio, & immobilium donatio eis sit prohibita.

Circa reconventionem.

Ex testibus interrogatis in illa pro parte RR. citatis à Patrono fol. 262. à num. 22. factis verum probari Baulivum obstructum esse fratri Roderico Avo RR. in quantitate quinque millium ducatorum ex rationibus inter eos initis, & cum adsit probatio per testes inter fratres, videtur sequenda condemnatio.

Subsisto tantum, advertendo, quod si in vita Baulivi ageretur, scilicet, prædicta probatio foret sufficiens ad condemnantes, cum tantum solutio delata fuerit post ipsius mortem, vera confessio facta in fraudem dispositionis testamentariæ prohibitiæ, quia inter

personas prohibitas confessio nullam probationem facit, *L. qui testamentum 27. ff. de probationib.* plura asfert *Cald. cons. 3. à n. 46. & cons. 32. à n. 18.*

Ex quibus revocato Iudice in actione, eum confirmo in reconventionem; propter quam in reservatione juris in posterum, quia sententia debet ferri certa, & firma supra præsentem statum; non autem conditionalis, nec pendere ex futuro, *Ord. lib. 3. tit. 66. §. 4. Portu 23. Junii 1665. Soares. Conventio. Almeida.*

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatam, ubi fuit confirmata: Iudices. Ribeiro. Cardoso.

Et fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Omni ævo memorandus Doctissimus vir, qui in pace quiescat, in aurea deliberatione fol. 288. vers. & seqq. quatuor illa petita à Procuratore Religionis ea dexteritate, qua solebat, resolvit, & ab illis absolvit RR. & à reconventionem eos excludit, ut cernitur, solidis, & iuridicis fundamentis, ut compressis actorum terminis, documentis, & probationibus in eis injunctis, recedere à decisione inferioris aulae non audeo. Præcipue post facundissimam probationem, quam fecerunt RR. ad articulos contrarietatis, opposita materia deducta in articulis novæ rationis fol. 329. vers. & 331. ex fol. 363. usque ad fol. 418. & è contrario defuit Actor in probatione, sicut jam defuerat in prima, & secunda instantia. Unde superfluum iudico circa deductum in laudata deliberatione, tam circa actionem quam circa reconventionem aliquid scribere, teneat ergo sententia & laudata maneat. Ulyssipone 19. Aprilis 1674. Ribeyro.

Utrique conquerenti provisionem denegarem, nam A. etiam admittus de novo ad probandum suæ actionis fundamentum defuit in salutari probationis postulata, nec libellum ab eo propositum munivit depositionibus testium legaliter inquisitis. Quinimo ex testibus R. ad illius defensionem deponentibus eliditur motivum propositæ actionis. Unde iudice per inferiorem Senatam eidem Rex absolutio inaudita est.

Reconventio aggravantium non bene probatur, & consequens est, quod Actor reconventus absolvatur, ut est notissima juris regula. Ulyssipone 27. Aprilis 1674. Cardoso.

De qua re etiam *Sousa de foro Eccles. 3. p. quæst. 41.* ubi etiam tractat, utrum licentia, seu dispensatio apostolica ad instantiam Monachi professi, ut possit revocare clausulam

excludentem feminas à successione maioratus ab eodem, dum esset laicus, instituti in testamento, valeat non obstante præiudicio agnatorum, seu masculorum, *Thom. ubi supra*, ubi etiam quid in Clericis, & n. 36. an possit constitui à captivo, & *Fragos. supra*, quid in commendatoribus Ordinum Militarium, & Melitensium S. Joannis.

Quid autem dicendum in Episcopo, aut Monacho factio Episcopo, dicendum est, quod in vita fraude cessante potest ex fructibus, & bonis suis instituere maioratum, ut inquit *Navarr. de regularib. q. 1. monit. 8. numer. 2. Uterque Molin. unus de primog. lib. 2. cap. 10. num. 32. alter de iustitia disp. 48. conclus. 2. num. 3. cum multis Frass. de regio patronat. 2. p. cap. 87. n. 5. & 6. ubi infinitos refert, & etiam Portug. de donation. reg. tom. 1. prælud. 2. §. 7. num. 79. & seqq. & 3 p. cap. 28. num. 9. & dict. Frass. per tot. cap. tractat, quando possint, vel non facere testamentum & dispendere de bonis suis, & est omnino videndus, quia doctissime omnia tradit, & etiam cum Portug. ubi supra de aliis Episcopis, & quando possit, vel non testare, & in specie, *Luca de lin. leg. respons. 21. Baltas. Thomas ubi supra n. 8. Aug. Barb. de potest. Episcop. alleg. 114. n. 32. Maldonad. in add. ad Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. n. 28. p. 39.**

Suppositis personis, quæ instituere possunt maioratum, sequitur dicendum in qua dispositione fieri possit, atque ita potest fieri, aut per testamentum, aut per contractum inter vivos, ut diximus *Cap. n. 11. & 54. ex Vella, Roxas, & aliis à vobis citatis forens. cap. 4. num. 125. & seqq. & me citato ex Netto Torre de pact. lib. 3. cap. 1. num. 12. Fragos. d. disp. 18. §. 5. Thomas ubi supra tract. 9. tit. 7.* Et ultra eos non solum per dictos modos, sed etiam per scripturam privatam fieri potest, ut tenet *Maldonad. ad Molin. lib. 2. cap. 8. n. 10.* Quam ego ipse refero *Forens. cap. 4. n. 169.* Et ultra eos late disputat in terminis nostræ Ordinationis, *Fragos. de regim. Reip. p. 3. lib. 9. disp. 18. num. 15.* ubi eleganter, & etiam ibi ostendit fieri posse per Regiam facultatem, de qua re diximus supra, & per epistolam testesque, ut diximus *in add. ad cap. 4. forens. n. 169. in fin.*

Et etiam fieri potest per confessionem illius erectionis factam judicialiter, aut extrajudicialiter in scriptura publica, *Reyn. cons. 108. num. 19. Curs. Junior cons. 184. n. 9. vers. ex hac etiam confessione. Roland. cons. 82. num. 37. vol. 2. Decian. cons. 44. num. 74. vol. 3. versic. ex quibus verbis colligitur aperta confessio, Surd. cons. 151. num. 37. 38. & 39. Mier. de maiorat. l. p. q. 64. n. 51.*

- 12 Potest etiam fieri in divisione, & in inventariis, aut hæres de talibus bonis factum fuisse maiorum à defuncto, ut in terminis tradunt *Ruin. conf. 128 num. 6. vol. 2. præcipue num. 12. Petra de fideicom. q. 13. ex Menoch. conf. 265. numer. 12. Mier. de maiorat. 4. p. q. 35 num. 19. Pariz. conf. 26. num. 55. vol. 2. Decian. respons. 76. n. 9. & 11.*
- 13 Maxime quando divisio est judicialis, & approbata fuit per sententiam, quo in casu, licet facta fuerit inter verum, & putativum hæredem, probat factum fuisse maiorum, & nec prætextu erroris potest retractari, ut tenent ex *Bart. Berol. conf. 2. num. 39. & 40. vol. 2. Reyn. conf. 128 num. 13. vol. 2. Mier. de maiorat. 4. p. q. 35 num. 19. Bursat. conf. 174. num. 1. Menchac. de succession. creation. §. 1. num. 47. Noguero. alleg. 31. num. 125 & 144. & probatur etiam ex *Valasc. de partit. cap. 39. numer. 68.**
- 14 Potest etiam fieri coram testibus, & valere sine scriptura, quando avia voluit maiorum facere in favorem neptis, & cum voluisset vocare Tabellionem ad hoc declarandum filius noluit, & tunc ex dicta voluntate dicitur factus, & potest fieri coram testibus, ut iudicatum fuit in causa sequenti.
- 15 No feito de Manoel de Abreu, e Siqueira contra Gaspar de Abreu, Elcricao Domingos Luiz de Oliveira, se deu a sentença do theor seguinte.
- 16 *Vistos autos, libello dos AA. contrariedade dos Reos, provas dadas, documentos juntos: pertendem os AA. que o R. lbe largue a quinta, e casas confrontadas no libello, com fundamento de dizerem, que Dona Antonia, mãy do R. lbe deixara vocalmente estando doente de doença, de que faleceo, pela mulher do A. ser sua neta, e filha natural do R. e pelo amor que lbe tinha pela haver criado, e outras razoens no dito libello articuladas, e que querendo a dita disposiçãõ reduzilla a testamento in scriptis, chamara ao R. seu filho, ordenandolhe mandasse chamar Tabaliaõ, e que não ivera effeito pelo dito R. lbo impedir, prometendolhe dar a tudo plenaria satisfacçãõ, e que até o presente não satisfizera; e devia ser condenado nas ditas propriedades, na fórma pedida. Defendese o R. com a materia de sua contrariedade, e o mais por sua parte allegado nas suas finaes razoens. O que tudo visto, e o mais que dos autos consta, disposiçãõ de direito, conforme ao qual nas disposiçõens testamētarias se requerem seis testemunhas legais, e que estas disponbaõ do mesmo voto, tempo, lugar, e fórma expressada na dita disposiçãõ, com as mais qualidades,*
- e requisitos necessarios para sua validade, e que os AA. não provaõ legitimamēte por suas testemunhas, as mãis de serem singulares, de ouvida, e padecerem os defeitos ex adverso apontados, e parecerem mais affectadas, e persuadidas pelo A. que valendose de pessoas, que com elle estiveraõ presas no Limoeiro, e de outras que foy perguntar na sua terra, e outras mulheres de menor opiniaõ, e qualidade, que ainda que perguntadas se reportaraõ do primeiro. Com tudo por seus encontros, inhabilidades se não elidio a opiniaõ, e presumpçãõ de deporem animosamente em materia tão grave, e com maior razãõ certificando depois de passados tantos annos, devendo os AA. tratar da reduçãõ da dita disposiçãõ muito antes: nem constar destes autos, que o R. lbo impedisse, nem prohibisse à dita sua mãy, que a não reduzisse a publica fórma, como erradamente allegaõ, e se provar, que a defunta morrera abintestada, e lbe succedera em seus bens o dito Reo seu filho unico, universal herdeiro, e ainda que a defunta mostrasse, e motivasse vontade de deixar à A. o dito legado, com tudo como o não reduzio a acto positivo, como de Direito era necessario, nem a reduzio a fórma publica com as testemunhas da Ley. Absolvo ao R. do contra elle pedido pelos AA. que condemno nas custas dos autos. Lisboa 6. de Dezembro de 1671. Antonio Lobo Torneo.*
- A qua sententia gravamen fuit interpositum ad Supplicationis Senatium Et fuit confirmata anno 1672. Iudices. Oliveyra. Noronha.
- Hæc sententia fundata fuit in deliberatione sequenti.
- Relictis omnibus, quæ in dectis perorationibus longa serie continentur; existimo sententiam Præsidis Curialis præstantissimi confirmandam esse, quamvis enim ultima dispositio duobus tantum testibus probari possit, quod absit, & quamvis omnia daremus, quæ de jure voluit ostendere appellantis Patronus; adhuc sententia viget; cum non dentur in toto illo processu duo testes, qui jurantes dicant, testatricem effective reliquisse Villam, & domus Actrici, aut rogasse, seu mandasse Reo, ut talia restitueret, dicunt enim tantum vocasse Reum, ut Tabellionem conducere ad faciendum testamentum, & relinquendas Actrici proprietates istas, hoc autem non fuit disponere, seu relinquere res istas, sed tantum ostendere voluntatem relinquendi, quod non est satis, ut res illæ peri possint, ut formaliter, & in propriis terminis *Paulus* docuit in *L. ejus bona 31. ff. de testament.* Ulyssipone 24. August. 1672. Noronha, Hæc

Hæc ſententia impedita fuit, & ſuper impedimentis lata fuit ſequens.

Acordão os do Deſembargo, &c. Jmgaõ os embargos recebidos por provados, e revogaõ o Acordão embargado. E deſirindo ao aggravo, aggravadados ſaõ os aggravaentes pelo Corregedor em abſolver ao R. do pedido pelos A.A. emendando ſua ſentença, viſtos os autos, porque ſe moſtra que querendo Dona Antonia de Vaſconcellos fazer teſtamento para nelle deixar à A. ſua neta a quinta dos Ameixiaes, e as caſas do Canto, e para iſſo chamar ao R. ſeu filho, para que lhe chamaſſe Eſcrivaõ, e o R. lhe reſponder, que para iſſo não era neceſſario fazer teſtamento, que elle daria à A. tudo o que lhe apontava, e muito mais. Com o que a deſunta ſe aquietou, e não iſtjou mais por querer fazer teſtamẽto fiada na promeſſa do R. ſeu filho, e herdeiro legitimo, e como tudo conſte por teſtemunhas, que ſe acharaõ preſentes neſſe tempo, eſtã o R. obrigado a ſatisfazer a vontade da deſunta pela promeſſa que fez, para prova do qual não ſaõ neceſſarias ſinco teſtemunhas, por não ſer o fideicõmiſſo, que do referido reſultou, deixado em teſtamento, ou codicillo, principalmente ſendo a diſpoſição a favor da neta. Condemnaõ ao R. reſtitua aos A.A. a quinta, e caſas, de que ſe trata, com os fruõtos, e penſoens do tempo da morte da dita Dona Antonia de Vaſconcellos, que ſe liquidarãõ na execuçaõ. Lisboa 21. de Dezembro de 1672. E pague o embargado os autos. Da Cruz Freyre. Oliveyra.

Hæc ſententia fundata fuit in deliberationibus ſequentibus.

Nihil intellectu cuiuſque ſani hominis iucundius eſſe poteſt, quam à ſe ipſo corrigi quoties incaute à recto tramite deviat. Nulla vero cauſa nobis difficilior eſt, quam quæ à probationibus pendet, cum enim arbitrariz iſtæ iudici ſint, evenit quotidie, ut vel à brevitate in legendo, vel ob erroneam conceptionem orationis, vel verbi facile decipiamur ab ipſis.

Cum primùm impedimenta legerim fol. 134. illico nobis receptu viſa ſunt digna; nunc autem impedimenta ipſa iudico probata ex teſtibus illis fol. 27. & verſ. 29. 30. verſ. & 31. quæ uno ore probant teſtatricem declaraffe Reo hæredi, ſe velle relinquere Aëtrici Villam, & domus de quibus eſt quæſtio, & rogaffe Reum ipſum, ut Tabellionem vocaret, ut publica ſcriptura de voluntate ſua teſtaretur, id enim important verba illa: *Que lhe chamaſſe hum Tabaliaõ para deixar à ſua neta a quinta de Tilbeiras, e as caſas do Canto.* De quibus prædicti teſtes; qui etiam deponunt Reum ſub pro-

miſſione complendæ voluntatis placaffe teſtatricem, & vocationẽ Tabellionis recuſaſſe. His autem ſuppoſitis certum eſt, quod verba illa, volo relinquere Villam Titio, inducunt fideicommiſſum juxta *text. mihi expreſſum in L. cum pater 77. §. volo ff. legat. 2. text. optimus in L. Pamphilo 39. §. proſiſtitum ff. legat. 2.* Maxime ſi præſente hærede, & ad illum talia verba dicta ſint, ut notavit ex *Barthol. Peregrin. de fideicom. art. 1. ſub numer. 48.* & cenſuit *Acurt. in L. peto 71. verb. luci, & verbo fideicommiſſum ff. legat. 2.* Quod fortius procedit ſi hæres complere voluntatem promiſerit, tunc enim certius, & ſecurius adſtringendus eſt, etiam ad gravamen, quod per ſe teſtator opponere non poterat, ut ex aliis cenſuit *Cald. de nom. q. 2. num. 9. & de poſt. eligend. cap. 16 n. 23 & 28.*

Hæc omnia ſunt ex abundantia dicta, quæ procedunt regulariter in quorumcumque fideicommiſſo relicto per aviam nepti ab ipſo ſuo patre ſtriçtus regulatur negotium ad obligandum patrem; quoniam quoties agimus de fideicõmiſſo relicto filiz, vel nepti, ubi primùm de voluntate aſcendentis teſtatoris, vel teſtatricis conſtiterit, quæcunque verba etiam relaxata, & inepta iudicantur proportionata, & apta ad fideicommiſſum in hoc caſu inducendum, ut prudenter reſcripſit *Marcus, & Papinianus refert in L. unum ex familia 67. §. item Marcus ff. legat. 2.* Cum ergo hic de voluntate aviz teſtatricis conſtat evidenter, quæ juſte ſperavit, & credidit pronum futurum patrem erga filiam ſuam, neceſſario cogendus eſt, ut fideicommiſſum reſtituat in obſequium diſpoſitionis maternæ, & complementum promiſſionis ſuz. *Ulyſſipone 22. Novembris 1673. Noqueira.*

Non eſt adeo facilis præſentis dubii decifio, & neceſſe eſt in facti ſerie convenire, ut facilior pateſcat reſolutio. In primis ex teſtibus ocularibus detegitur, quod cum Aëtriciſ avia eſſet juxta animæ exalationem, filium Reum vocavit, ut ſcribam convocaret ad ſcribendum teſtamentum, quia volebat relinquere nepti Villam, & ædes contentionis, cui filius reſpondit, quod ad tale ſolum relicto non erat neceſſaria teſtamenti ordinatio, cum ipſe ſatisfaceret voluntati præſtando relicto; & amplius, ſic enim detegitur ex teſtibus fol. 27. & 29. & 31. & deponunt alii de auditu Mariæ da Sylva, quæ in articulo mortis præſens extitit prædictæ declarationi deſunctæ. Et quia filius declaravit adimplendam voluntatem matris, non perfeveravit ipſa mater in vocatione ſcribæ, eo quod putaret ſufficere promiſſionẽ filii,

fic etiam ex modo, & forma, qua testes deponunt, elicitur.

26 Quo supposito, jam infertur ex illa facti serie clare resultare ædium, & Villæ fideicommissum. Nam hoc relictum apparet, quando hæres ex testamento, siue ab intestato fidem præstat dandi, ut palam docent in terminis *rudimenta in princip. inst. de fiffaris hæred. & ibi cōmuniter scrib.* Aut fidei ejus committitur, licet ipsa hæres expresse non permittat *d. pr. en. sup.*

27 Totaque dubitatio consistit, an validum sit fideicommissum tale, eo quod neque in testamento, neque in codicillo foret relictum, quod est verissimum, cum forma, & probatio utriusque deficiat juxta *Ordin. lib. 4. tit. 80. & tit. 86.* Neque enim ille relatus tractatus inter matrem, & filium umbram aliquam testamenti, aut facti codicilli continet, si recte examinatur illorum natura, prout enarratur *ff. & Cod. de testam. & Ord. sup.*

28 Sed nihilominus indubius teneo, quod firmum extitit illud fideicommissum, licet enim regulariter solum in testamento, seu codicillo relinqui queat; & ita communiter relinquatur, § *pr. eterea inst. de fideicommissar. hæred. in similibus.* Tam si extra testamentum, vel ab intestato defunctus fidei hæredis committat rem aliquam alteri restituere iustinetur si leicōmissum, ex *Constit. Just. in L. fin. Cod. fideicom. L. & in epistola Cod. eod. eleganter idem Inst. in §. fin. inst. de fideicommissar. hæred.*

29 Quod quidem fideicommissum etiam sine testibus, aut epistola, si hæres confiteatur, adstringitur solvere, & si neget, seu ad defectum solemnitatum recurrat, subire interim tenetur, & si fateatur, vel jurare recuset, solvere compellitur, ita probant prædicta jura *Don. lib. 8. cap. 14. latissime Anton. Fab. de error. pramag. decad. 67 error. 7. cum seqq. Con. in c. indicante n. 1. de testam.* Quod *Just.* constituit, ne depereat ultima voluntas fidei hæredis commissa, ut testatur idem *Just. in d. §. fin.*

30 Attamen enim proxime dictis videtur, quod in præsentī necessario est præstandum juramentum R. gravato ad instantiam Actricis, quia licet adsint quatuor testes in præsentī, qui deponant de fideicommissio, non sufficiunt, ut habetur *in d. §. fin. inst. de fiffar. hæred. ibi: Neque ex testium quinque numerus, qui in fideicommissis legitimus esse noscitur, possit res manifestari.* Quasi præcipiens *inst.* quod confessio hæredis suppleat testiam numerum, qui in fideicommissis desideratur, cum sit melior probatio *juxta vul-*

garia; & ideo necessaria sit sub juramento in fideicommissis.

Sed multipliciter responderi valet. Primo quod *Just. in d. §. fin.* loquitur quando defunctus fidei hæredis commisit hæreditatem, vel rem particularem dare, seu restituere sine eo, quod appareret de promissione hæredis circa implendam voluntatem, ut deducitur ex *sup. d. §. fin.* Secus vero quando ultra rogationem defuncti concurrat hæredis promissio, quia tunc sufficit quod hæc probetur per duos testes secundum juris dispositionem, & ratio est, nam data hæredis promissione jam invenitur contractus, & hæres externæ promissionis tenetur juxta elegantem *text. in L. quidam cum filium ff. hæred. inst. & in specie tenet Bart. in L. nemo potest n. 1. ff. legat. 1.* Et cum in præsentī tres, aut quatuor testes darentur, satis est ad probationem contractus, seu hæredis promissionem, & licet hæc solutio multipliciter impugnetur ab *Anton. Fabr. sup. seu Pichard. in d. §. fin. n. 10.* mihi tamen ejus fundamenta facile diluuntur, quæ non repeto, quia levia, & ne longus procedam.

Secundo potest responderi, quod ille numerus quinque testium procedit, quando in codicillis relinquuntur fideicommissa, si tamen extra, ut supra observari sat est scriptura, confessio hæredis, aut ordinarius testium numerus cum fideicommissa solemnitatem non desiderent, quando extra testamentum, & codicillos relinquuntur, *principiū sup. de fiffar. hæred. d. §. fin. eod. tit.*

Sed hæc responsio secura non videtur, si bene examinentur verba *d. L. fin. Cod. fideicom. & d. §. fin.* Nam ibi *Justin.* insinuat, quod quando fideicommissa relinquuntur extra testamentum, & codicillos necessarius est quinque testium numerus, qui si deficiat, obtinet juramentum de quo ibi: *Ad probationem fideicommissi, potest hoc ex verbis d. L. fin. ibi: Cum enim res per testium solemnitatem ostenditur, tunc & numerus testium, & nimia subtilitas requirenda est. Et in d. §. fin.* etiam liquet ibi: *Neque ex testium quinque numero.* Unde cum Actor ad probationem fideicommissi fundetur in testibus, videtur quod cum quinque non habeat, ad internum recurrere debet juxta formam *d. §. fin.*

Fateor quod prædicta resolutio vera mihi videtur, sed in præsentī cum intervenit filii hæredis promissio solvendi relictī, existimo quod in vim contractus debet adstringi, ubi solum sufficiunt duo, vel tres testes, qui in præsentī dantur, & in fine juramenti subterfugio Reum condemnarem juxta doctrinam *Bart. in d. L. nemo potest num. 1. ff. leg. 1.*

Quid-

Quidquid dicat *Pich. sup.* cujus dicta procedere valent, quando ex parte hæredis nulla extitit promiffio, prout de ordinario accidebat in fideicommissis, cum solum defunctus disponeret fidei hæredescōmittēdo juxta *princip. sup. de hæred. fissar.* Attamē si hæres promittat, non video cur teneri nequeat, & extorqueri per probationem juris communis.

Adstipulatur, quod hæc dispositio erat facta in favorem neptis, ubi minor solemnitas expositulatur, *Auth. de imperfectis testament. collat. 8. l. fin. Cod. fam. ercisc.* Et tetigit primus accuratissimus Dominus Præceptor. Unde, ni fallor, existimo, quod sine delatione interni debet Reus condemnari ex testibus quatuor, qui interfuere.

Ex quibus primo inferitur, quod inefficax est allegatio, quod hæres Reus impedivit libertatem testandi in eo, quod scribam non venire, impedimento fuit juxta *Ord. lib. 4. tit. 84. §. 1.* Nam in Reo non invenio dolum, cum sincere promississet adimplere, quod modo recusat.

Secundo etiam minus efficax est allegatio, quod in præsentis non daretur dispositiva voluntas, sed tantum voluntas relinquendi, quæ non inducit fideicommissum, *L. quidam cum filium 46. ff. hæred. instit.* Quia verius est, quod verbum, volo relinquere fideicommissum in actu testandi inducit fideicommissum, *L. Pamphilo §. propositum leg. 3. l. ex eo 131. ff. leg. 1. l. si pater §. fin. ff. fissar. libert. optime Præceptor Veiga ad tit. ff. de verb. oblig. num. 54. ad text. in d. §. propositum.* Et in præsentis licet verbum volo relinquere non fuisset prolatum in actu testandi, attamen cum sequuta fuisset hæredis promiffio, & defuncta acquievit, ita regulandum est, ac si in isto actu proferretur.

Tertio iterum minus officit dicere, quod non fuit redactum fideicommissum ad publicam formam, quia cum fuisset extra testamentum, & codicillum, non erat necessarium, vel secundo, quia intra triginta annos id agere A. valebat juxta quæ *Flores var. q. 1. n. 57.* Igitur cum Dominis præcedentibus impedimenta probata judicarem. Ulyssipone 21. Decembr. 1673. Da Cruz Freyre.

Et de pactis, cum quibus potest fieri maioratus agit *Balthazar Thomaz. d. tract. 9. de maiorat. tit. 7. & n. 2.* inquit quod pacta in maioratu apposita servari debent, ut puta, ne bona maioratus alienari possint, & quod omnia pacta, & onera servanda sunt, & num. 3. quod valet pactum, quod successor maioratus aliam maiorem non possit habere, & n. 4. ut forma originalis maioratus nequeat

mutari sine consensu Regio, & n. 6. quod valet pactum, quod servetur ordo sicut in successione Regnorum, & n. 10. de clausula cōtrahendi matrimonium cum consanguinea, & num. 15. cum certa muliere, & n. 16. quod non contrahat matrimonium cum descendētibz à Judæis, vel Saracenis, & num. 17. quod contrahat cum nobili, & num. 19. quod possessor maioratus debeat habitare in certo loco, & num. 23. quod non transeat in fiscum, & n. 25. quod valet pactum, ut non revocetur maioratus, & maneat irrevocabilis, & quod contraveniens privetur à successione, & num. 27. quod non potest institui sub turpibus, & impossibilibz conditionibus, & n. 29. quod non potest institui sub conditione, ut filius matrimonium contrahat cum consensu, arbitrio, & voluntate alterius, quia talis conditio non tenet veluti impeditiva matrimonii, licet secus sit si sub consilio alicujus cōtrahere deberet, quia illud requiri deberet ne maioratum perderet, cum consilium sequi non teneatur, de qua re dicemus per varios capites in hujus tractatus discursu. De qua re etiam *Fragos. de regimen. Reip. p. 3. lib. 9. disp. 18. §. 5. num. 8. & seqq. & num. 9.* ubi quas condiciones debeat habere maioratus, ut possit juste, & licite institui, & ibi exemplificat. *Enos diximus forens. cap. 4. num. 1. & seqq.*

Institutor maioratus dicitur, qui illum fecit, & erexit, ut constat ex supradictis Doctoribus, & ex *Ord. lib. 3. tit. 93.* Et si filius consentit in gravamine legitimæ, ad hoc ut vinculetur, ipse dicitur vinculare, non vero pater gravans, ut tenent *Addentes ad Molin. lib. 2. de primogen. cap. 3. n. 7. versic. fin. & ibi Maldonad. pag. 30. versic. Neque, Salgad. in labyrinth. creditor p. 2. cap. 16. num. 24. Noguero. alleg. 19. num. 63. & 68.* Et ita judicatum fuit in causa Illustrissimæ D. Julianæ de Noronha com. D. Isabel de Brito, Escrivão Agustinho Rodrigues de Siqueira. Tenent *Gam. dec. 218. n. 4. & ibi Flor. Xuar. in L. quoniam ampl. 10. n. 19. Mier. de maior. 4. p. q. 23. num. 153. Add. ad Molin. lib. 2. cap. 3. num. 7. versic. fin.* Et infra dicemus late. De qua re vide *Salgad. in labyrinth. credit. 2. p. cap. 16. num. 25. & seqq.* Et idem in renuntiante, & renuntiatione legitimæ probat *Molin. & Add. lib. 2. de primog. cap. 3. num. 47. Noguero. alleg. 19. num. 41. Salgad. d. cap. 16. num. 29. & 30.* Et in consentiente quod bona vinculentur, si fuerit Dominus, *L. in ædibus §. filiusfamilias ff. donat. l. si liquet 18. Cod. inoffic. donat. Tiraquel. in L. si unquam verbo donatione largitus Cod. revocand. donat. num. 346.* & in hoc casu loquitur *Additio ad Molin. lib. 2. cap. 2. num. 7. & 8.* At vero si dominus non

non fuerit tertius, qui consentit, nec habet dominium in bonis donatis, tunc enim dicitur institutor, qui disponit, non vero qui consensum præstitit, deditque, *L. si pater §. ult. ff. manumiss. vindict. Bart. in L. ult. Cod. de pact. Tiracq. ubi supra num. 350. Barb. in L. quæ dotis 34. n. 18. & 22. ff. solut. matr. Mier. de maiorat. p. 1. q. 23. n. 80. Molin. de primog. lib. 4. cap. 3. num. 23. & 24. Noguero. alleg. 19. numer. 73. cum pluribus Salgad. d. cap. 16. 2. p. n. n. 88. & 89. De qua re, & de intellectu, vide Xuar. in L. quoniam in prioribus Cod. inoffic. testam. ampl. 10. n. 69. Mier. de maior. 4. p. q. 23. num. 253. Flores in add. ad Gam. dec. 218.*

38 Et etiam dicuntur institutores, quanvis maioratus sit factus à Commissario, ut potest fieri, post *Bart. in L. Theopompus num. 7. ff. de dote prælegata, Surd. conf. 380. num. 9. Anton. Gabr. commun. de regul. jur. conclus. 3. n. 84. Simon. de Pretis de interpretat. ultimar. volunt. lib. 1. dubit. 2. solut. 5. num. 23. Mier. de maiorat. 1. p. q. 44. num. 108. Castill. tom. 6. contr. cap. 182. num. 9. & 10. Paz de tenet. cap. 34. num. 76. Carp. de executoribus ult. vol. cap. 17. lib. 2. ubi etiam, an maioratus in voluntate, arbitrium, electionem, consilium, & declarationem commissarii conferri valeat, & cap. 18. An assignatio rerum in quibus maioratus solvatur, vel instituatur commissario mandari possit, vel filio mandanda sit.*

39 Et quando in aliquo possessore incipit præscriptio bonorum liberorum ad maioratum constituendum, tunc iste possessor dicitur institutor, *Noguero. alleg. 28. numer. 12. ibi: Debet judicari, ut illius fundator, & alleg. 19. n. 63. 65. & 69. ubi allegat Flores ad Gam. dec. 218. aliàs 219. præcipue n. 4. versic. & si dicebat.* Et ita vidi iudicatum, & etiam quod institutor reputatur in parte, ille qui aliqua bona reliquit ad maioratum, vel illi maioratui annexavit, seu agregavit in bonis aggregatis, & si concessio Regia facta fuerit ad maioratum, reputatur institutor primus acquirens, ut probat *Castill. lib. 5. contr. cap. 93. n. 25. Decian. conf. 21. num. 6. Bald. Castrenf. in L. cum ita §. in fideicommissio ff. leg. Jacob. Gallo conf. 20. n. 9.*

40 Non vero si aggregare teneatur, seu unire res alii maioratui, quia tunc non dicitur institutor, quia non potest apponere novas leges, seu conditiones contrarias, aut repugnantem, sed sequi debet vocationes, aut conditiones maioratus antiqui, cui aggregare tenetur, & si eas apponat, non dicitur institutor, nec per illas regulatur successio, sed rejicienda veniunt, ut cum multis *juribus, & Lege Castel. ex Bart. Angel. Hojeda, Gonzal.*

Garcia, Mier. Gratian. Molin. Add. Oter. tradit Roxas de incompatib. maior. p. 1. cap. 7. n. 27. & 28. de ratione, & de hac annexatione diximus tom. 4. in comment. ad Ord. lib. 1. tit. 50. cap. 1. pag. 187. n. 3. & seqq. & signanter pag. 91. num. 9. Add. ad Molin. lib. 1. cap. 8. num. 35. Amato var. resol. 67. num. 46. Castill. lib. 3. cap. 10. n. 10. & lib. 5. cap. 100. num. 19. & cap. 128. n. 22. Noguero. alleg. 19. n. 36.

Et ultra quæ Roxas considerat, optimo jure probatur, quia qui aggregat, aut addit, nihil potest disponere contra foundationem antiquam, & nulliter procedit in conditionem, & vocationum antiqui maioratus alterationem, ut mihi probatur ex *textu in L. filiusfamilias ff. milit. testam. ibi: Quia hæreditati quidem suæ miles, quem velit substitutionem facere potest, verumtamen alienum jus tollere non potest. L. unum ex familia in princip. juncto §. sed si fundum ff. leg. 2. comprob. Dec. conf. 498. num. 18. Pinel. in rubric. Cod. rescind. p. 1. num. 18. Xuares alleg. 8. num. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 8. num. 21. & lib. 4. cap. 2. num. 8. & ibi Add. num. 21. Burg. de Paz conf. 25. num. 46. & conf. 48. num. 13. Surd. conf. 419. Rosental. de feud. cap. 6. concl. 69. numer. 36. lit. NN. Mier. de maior. p. 1. q. 26. num. 29. 30. & 33. & q. 44. num. 84. & q. 60. num. 34. Castill. lib. 3. cap. 10. num. 6. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 5. num. 4. & dec. 46. num. 1. Valenz. conf. 69. num. 1. & seqq. & multis Nos diximus tom. 4. in comment. ad tit. 50. cap. 1. n. 15. pag. 193.*

Et in hoc maioratu annexato succedere debet ille, qui succedit in principali maioratu absque ulla differentia, ut diximus *d. 4. tom. cap. 1. pag. 191. ad tit. 50. n. 10. & infra dicemus n. 84. & seqq.*

Secus dicendum est, si aggregavit sua bona, quæ non tenebatur annexare, aut incorporare, quia tunc dicitur institutor, & potest apponere quascunque voluerit leges, seu conditiones etiam incompatibiles cum alio maioratu, ut ex *Flores ad Gam. & Molin. Pinel. tradit Roxas d. cap. 7. p. 1. num. 29. & num. 30. & 31. distinguit, & p. 4. cap. 5. num. 30. usque ad 33. resolvit an in hoc casu dividi debeant maioratus, & resolvit cum distinctione, de qua ibi, & cum aliis Nos diximus 4. tom. ad tit. 50. pag. 194. num. 16. 17. & 18. Amato var. resol. 67. num. 46. Noguero. alleg. 19. num. 36. Castill. d. cap. 10. num. 10. & cap. 100. n. 19. & cap. 128. n. 22.*

Quando enim augmentum fit secundum quid, & cum particularibus legibus, & conditionibus succedere debet vocatus, & tunc non sequitur augmentum naturæ rei augmentatæ, sed servantur leges augmenti, *L. 4. tit.*

tit. 12 part. 1 ubi Greg. verb. in uno gloss. verb. uniendo in cap. 1. ne Sede vacant. & in cap. & temporis 16. q. 1. cum aliis Mier. de maior. 3. p. q. 8. num. 19. Gratian. cap. 655. Barb. de jur. Eccles. lib. 3. cap. 16. num. 21. de qua re Amat. var. resol. 67. n. 46. Noguero. alleg. 19. num. 36. Castill. lib. 3. cap. 10. n. 10. & lib. 5. d. cap. 100. n. 19. & cap. 128. n. 22.

45 Et solum quando unio, aut aggregatio est expressa, & una res unitur alia sicut principalis, unitum supprimitur, & sequitur naturam illius, cui aggregatur, L. etiam Cod. jur. dot. L. in rem actio §. item quaecunque ff. reivend. cum multis Molin. de primog. lib. 1. cap. 8. num. 36. & cap. 26. num. 4. Mastrill. dec. 190. Mier. p. 1. q. 10. num. 38. & 93. & 2. p. q. 4. illat. 8. num. 245. & q. 5. n. 47. & 3. p. q. 8. num. 17. & 32. & q. 11. num. 17. Castill. cap. 100. num. 19. & cap. 128. num. 22. & seqq. Garcia de expens. cap. 22. n. 6. Amat. Noguero. Castill. ubi supra.

46 Et eisdem clausulis primi maioratus succeditur, ac si à principio fuisset unus maioratus. Uterque Molin. unus de just. tom. 3. disp. 642. 643. & 644. Alter de primog. lib. 1. cap. 26. num. 4. & cap. 8. num. 35. & ibi Add. Mastrill. dec. 190. Castill. lib. 3. cap. 10. num. 10. Valenz. cons. 33. num. 19. Noguero. alleg. 19. num. 36. Amat. var. resol. 67. n. 46. Mier. de maiorat. 3. p. q. 8. in nov. edit. & 2. p. q. 5. n. 43.

47 Et si institutor aggregat maioratui antiquo bona sua, & aliena, dicitur institutor in suis, non vero in alienis, & quomodo procedat tradunt, Mier. de maior. p. 1. in initio n. 70. Surd. cons. 450. n. 53. lib. 3. Gut. lib. 3. pract. q. 51. num. 15. Paz ad leg. 200. Styli q. 4. num. 99. Angul. de non melior in L. 1. gloss. 4. num. 14. Castill. lib. 2. contr. cap. 7. num. 27. & lib. 5. cap. 100. n. 5.

48 Si autem aggregationes maioratibus jam institutis factae fuerint cum eisdem conditionibus, aut cum aliis non incompatilibus, aut absque vocationibus, sequi debent institutionem antiquam, & per illam regulari debet successio, ut dictum est, & probant jura, & DD. citati. At vero, si ponantur conditiones contrariae, aut mutantur vocationes, varianturque, & non sint compatibles cum fundatione principali, non admittitur aggregatio, sed bona separantur, & succedunt diversae personae vocatae, & iste est institutor, & possessor, aut successor primi maioratus tenetur bona dimittere, de qua re Molin. lib. 1. de primog. cap. 9. num. 35. Pinel. de bon. matern. 3. p. num. 99. & de ratione n. 36. Add. ad Molin. d. num. 35. Castill. lib. 3. cap. 10. numer. 17. & cap. 100. lib. 5. numer. 19. & cap. 128. num. 22. Amat. var. resol. 67. num. 46. No-

guero. alleg. 19. num. 36. Garc. de expens. cap. 22. n. 6.

Et quia futurum erit, ut ex hac novarum conditionum adjectione, bona, quae institutores semper unita esse volunt, in diversos successores dividantur, quod inconueniens in pluribus hujus Regni primogeniis jam experientia compertum fuit, consuluit, ut quando tales aggregationes factae fuerint, sint relictae cum eisdem clausulis maioratus antiqui, prout testatur in hoc Regno, Pinel. d. 3. p. n. 36. Cod. bonis maternis, idem tenet Molin. lib. 1. cap. 8. num. 36. ibi: Interim tamen maioratum possessoribus consulimus, ut si antiquo maioratui bona aliqua, jure maioratus adjudicare velint, ea antiqui maioratus conditionibus subjiciant, & lib. 1. cap. 26. num. 3. vers. quod, Add. ad d. cap. 8. num. 35. vers. primus, Garcia de expens. cap. 22. num. 6. Mier. de maior. 3. p. q. 8. per tot. & num. 2. & 53. Castill. lib. 3. contr. cap. 10. num. 9. vers. secundo constituo, & cap. 128. num. 21. & seqq. & cap. 155. num. 10. Burg. de Paz q. civil. 6. numer. 15.

Eodem modo dicendum est in casu, quo Princeps faciat concessionem, ut vidi his verbis: Faço merce de taes bens, ou titulos, para que sejaõ do vosso morgado, e os annexo aquelle que ficou por morte de vosso pay, pela forma, e clausulas, e firmeza delle, que hei aqui por incorporadas. In his terminis dicta concessio operata fuit unione, & incorporationem illius concessionis in maioratu, & in successorum illius beneficium, & debent succedere dicti successores per maioratus vocationes, & primus acquirens dicitur institutor, ut tenent citati supra, & in terminis concessionis Regis ad aggregationem maioratui factae tradit cum multis Noguero. alleg. 19. num. 36.

Idem quoque dicendum est in maioratu particulari, quia si aliquis dicat, quod relinquit talia bona aggregata tali maioratui, cum conditionibus, & vocationibus illius maioratus, & secundum illius formam, per illam institutionem debet regulari successio, sicuti si esset transcripta de verbo ad verbum, & dictus aggregans dicitur institutor, & optime ita disponunt institutores aggregantes, ne repetant totam vinculi antiqui seriem, volunt unico verbo habere omnia pro expressis, & repetitis, & in dicta institutione translatis, ut etiam succedit, quando in eadem institutione fit relatio ad supra dicta, & secundum formam supradictam tunc enim est unica dispositio; & per dictas vocationes relatas regulari debet successio, L. si ita scripsero ff. de hered. instit. L. ait Praetor. §. si fu-

de re iudic. L. hæres meus §. uxori ff. leg. 3. L. si testamentum Cod. de instit. & subst. Dec. cons. 227. num. 3. Peregrin. de fideicommiss. art. 16. num. 23. & art. 29. num. 17. & cons. 34. lib. 3. numer. 12. Surd. cons. 319. num. 7. & cons. 362. num. 7. & 8. Menoch. cons. 106. num. 295. & cons. 124. num. 58. & seqq. & cons. 435. num. 15. Ojasc. dec. 23. num. 4. & infra dicemus cap. 6. n. 32. & seqq.

52 Et in hoc casu coniunguntur duæ scripturæ, aut dispositiones, & una censetur, *L. Anrelius §. testator ff. liber leg. L. legata inutiliter ff. leg. 1. L. cum servus ff. cond. instit. L. fin ff. reb. dub. Bart. in L. in repetendis col. 1. & ult. ff. leg. 3. Nat. cons. 476. numer. 9. Peregrin. de fideicommiss. art. 16. Menoch. cons. 215. n. 306. Mascard. de interpret. stat. coucl. 2. numer. 112. Valenz. cons. 97. num. 190. Cassanat. cons. 47. numer. 106. & cons. 4. numer. 145. Fusar. cons. 3. Præf. de interpret. ult. vol. lib. 2. interpret. 4. dub. 2. numer. 205. Casill. tom. 6. cap. 181. num. 37. Rutenacc. cons. 30. num. 101. de qua re *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 5. num. 65. & ibi Ald. num. 64. usque ad 166. de qua re sunt etiam videandi, Greg. Lop. in L. 3. tit. 12. gloss. verbo mugeres col. 8. vers. sed quid. Mier. de maior. 2. p. q. 6. numer. 544. Gut. cons. 18. numer. 52. Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 14. n. 236. & 237. Menoch. cons. 802. numer. 97. & seqq. & cons. 926. num. 36. Ojasc. dec. 23. num. 40. Censal. in add. ad Peregrin. in observ. ad art. 25. pag. mihi 100. vers. sed post notandum, Cutel. dec. 29. num. 11. Vela dissert. 49. num. 107. Qui etiam loquuntur in qualitate masculinitatis, & illius repetitione.**

53 Et in terminis maioratus factus secundum vinculum, & substitutiones maioratus patris, aut avi, aut alicuius, quod regulatur successio secundum illius formam, & quod talis pater dicatur institutor & non filius qui aggregat bonâ, tradit *Mastril. dec. 196. num. 6. alias 190. & num. 21. & 22. optime Cravet. cons. 987. num. 50. lib. 6. vers. de testamento, late Peregrin. de fideicommiss. art. 16. num. 111. & ibi Censal. in observat. num. 112. & art. 51. numer. 39. Cels. cons. 120. numer. 121. Castill. lib. 4. contr. cap. 43. numer. 18. Gam. dec. 206. n. 14. Idem Castill. lib. 5. cap. 89. numer. 175. & 176. explicat Larrea dec. 33. n. 97. & dicemus infra.*

54 Idem dicendum est in concessione Regia, in qua hæc verba vidi: *Faço mercè dos ditos bens, e titulos, para que todos andem juntos com o nosso morgado, e se não possão apartar delle, nem vender por vós, nem por vossos filhos, ou successores, que succederem no dito morgado. Quia concessio in hac forma facta est augmentativa maioratus, & dicitur illi*

aggregata, quia ea forma deferuntur, ut non dividantur, nec separationem recipiant, ut sunt verba *Bald. in auth. ex testamento Cod. collat. num. 16. quod etiam tradit Guilhelm. Benedict. in cap. Raynutius verbo in eod. testam. numer. 144. Molin. lib. 1. cap. 8. numer. 35. & cap. 11. numer. 2. & 6. & probat text. elegans in L. rerum mixtura 30. ff. usucap. in verbis uni nomini subiecta juncto text. in L. cum ita legatur §. in fideicommiss. ff. leg. 2. ibi: *Qui ex nomine defuncti fuerunt, Bart. in L. si convenerit §. nuda ff. pign. act. Bald. in cap. Imperialem §. præterea de prohib. feud. alien. Ripa cons. 80. Corneo cons. 16. lib. 1. numer. 15. Dec. cons. 478. numer. 8. & cons. 490. numer. 12. Patian. de probat. lib. 1. cap. 27. Mier. 3. p. q. 8. & in terminis concessionis Regiæ, Aretin. cons. 274. numer. 1. vers. per verba gratiæ, Bart. in L. cum prætor 12. §. fin. de iudic. num. 214. & 219. & 241.**

Atque ita succedere debet, qui vocatus fuerit in institutione eiusdem maioratus relati, *Mastril. dec. 190. numer. 2. Mier. 2. p. q. 5. num. 13. Et si non inveniatur institutio, recurrendum est ad consuetudinem succedendi antiquam in eodem maioratu, Mier. de maior. p. 1. q. 64. n. 23. & 24. Et si maioratus aliquo casu extinguatur, extinguatur etiam concessio, Menoch. cons. 8. numer. 135. Cassanat. cons. 54. numer. 46. & cons. 55. numer. 30. & probat text. in L. 2. ff. fund. instrum. ibi: *Nam qui accessionum locum obtinent extinguuntur. cum principales res preceptæ fuerint, Menoch. de ratione cons. 58. num. 68. in similit. Mier. de maiorat. p. 1. q. 10. num. 58. & 98. Somoz. de sup. 2. p. cap. 5. §. 3. numer. 31. Salgad. in labyrinth. cred. p. 1. cap. 4. numer. 27. Dec. in cap. præterea de offic. & potestat. iudic. deleg. num. 41. ibi: *Suspensio principali, vel extincto, idem est in accessor. Mier. d. q. 10. num. 165. & num. 14. & seqq.***

Et dum duraverit maioratus titulus datus à Rege, successori maioratus pertinet, & talis dignitas à successore illius separari non potest, & in quem maioratus vadit, insequitur etiam & dignitas, titulusque concessus, licet ille, in quem transmittitur, esset incapax principaliter, nam in consequentiam cum ipso maioratu dicitur capax, & poterit dignitatem unitam, & incorporatam maioratui obtinere, ut in terminis resolvunt *Bald. in L. 1. Cod. secundis nuptiis numer. 4. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 1. numer. 13. & cap. 11. numer. 16. & 19. 23. 24. & 28. Mastril. de Magistr. lib. 1. cap. 10. numer. 23. & lib. 4. cap. 11. num. 10. Castill. lib. 5. cap. 159. num. 5. & per tot. & num. 7. vers. poterit nanque donatarius, Giurb. de feud. §. 2. gloss. 13. numer. 68. & probatur,*

batur per text in *L. alienatio* 67. ff. *contrab. empt. L. via constituti* 13. § *si fundus* §. ff. *servit. L. & post* § *res ff. fam. erciscund. L. traditio* 20. §. 1. ff. *acquir. rer. dom.* ubi quod cum sua causa, & re dominium ad alium trāsferatur, de qua re vide in specie *Olea de cess. jur. & act. tit. 3. q. 1. numer. 22. Nogueroi. alleg. 38. numer. 9. Portugal de donat. Reg. p. 2. lib. 1. cap. 7. num. 10. Molin. de just. tract. 2. disp. 581. num. 7.*

Atque ita in omnibus, & per omnia, tam in conditionibus, quam in vocationibus regulanda sunt bona aggregata, & unita per clausulas institutionis maioratus, cui aggregantur bona simpliciter, aut ad obligationes annexandi satisfactionem, aut si adjunxerit possessor bona sua libera, sive novum maioratum instituat, præcipiat quod in illo succedatur sicut in antiquo, hoc sufficit ad hoc, ut per illum reguletur, quanvis nullas alias apponat conditiones, tunc in omnibus regulanda est successio per maioratus antiqui, & relati institutionem, ut tenet *Molin. de primog. lib. 3. cap. 10. numer. 10. Castell. tom. 6. cap. 128. num. 21. vers. ex quo.* Et supra diximus, & dicemus infra. *Mier. de maior. p. 1. q. 6. n. 23. & 24. & 2. p. q. 5. n. 43. & 44.*

Et est generale in quadam dispositione augmentativa, etiam si sit stricti juris, nam ex tacita repetitione, continet in se omnes qualitates, & limitationes, quæ continentur in dispositione augmentata, & ex illa succeditur, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 8. numer. 35. vers. primas casas, Peregrin. de fideicommiss. art. 26. numer. 111. Azeved. in L. 6. tit. 7. lib. 5. numer. 4. Mier. de maior. 3. p. q. 8. numer. 5. Castell. lib. 3. cap. 10. numer. 10. Add. ad Molin. d. loco, Mier. de maior. p. 1. q. 6. numer. 23. & 24.* Et ita consului in una institutione, in qua possessor fecit annexationem, aut aggregationem maioratus fratris sui his verbis: *Que em quanto às clausulas, e vinculos se entendesse a successão conforme ao morgado antigo de seu irmão.* Tum ex dictis in terminis à DD. citatis, & maxime à *Mier. d. n. 23. & 24. & d. q. 5. n. 43. & 44.*

Tum etiam verba *conforme*, aut verificantur, in verbis secundum, juxta, sicut, proin, & quocunque modo intelligantur, probant nostram resolutionem, quia dictio, secundum, aut conforme, est idem, *Cicer. in orat. 7. in Verr. ibi: Secundum arbitrium testes dabo, id est ex tuo arbitrio, & secundum jus hæc dictio est relativa & importat, quod tota dispositio, ad quam fit relatio, expressa videatur Rubric. Cod. bonor. possess. secundum tabulas, ubi notat Cujac. in paratit. hæc datur heredibus scriptis tabulis testamenti supre-*

*mis, L. 1. Cod. bonor. possess. contra tabul. ibi: Solis parentibus liboris legata præstare, secundum edictum debent. Melior text. in L. si testamentum. 8. Cod. inst. & subst. ubi dictum erat in testamento: Ille hæres esto secundum conditiones infra scriptas, inquit text. quo si non declaravit conditiones, est pura dispositio, ibi: Sin autem conditiones quasdam in quavis parte testamenti posuit, tunc videri ab initio conditionalem esse institutionem, & sic omnia compleri, tamquam si testator ipse institutiones, eisdem conditionibus copulasset. Atque ita hæc dictio, secundum, conforme, est relativa ad dispositionem relatam, cum omnibus qualitatibus, & circumstantiis, de quibus in illa, ut notarunt *Jazon in L. admonend. n. 32. ff. jur. jur. Ceval com q. 828. num. 130. Galganet. de cond. & demonstr. p. 2. cap. 1. q. 18. n. 13.* ubi quod inducit repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & dispositionis in sequentem. *Plene Aug. Barb. dict. 358. n. 3. & 10.**

Et si consideretur, ut dictio *juxta*, est in sensu grāmatico adverbium, ut inquit *Calep. in ead. dict. vers. quando vero.* Quod idem est, quod æque, eodem modo, & in juris dispositione est relativa, & repetitiva omnium qualitatum dispositionis, de qua fit mentio, *Cap. Abbate §. præterea ubi gloss. de verbor. sign. L. 1. Cod. Episcop. & Cleric. ubi notat Bald. num. 3. Intigriol. dec. 36. numer. 15. Galganet. d. q. 18. numer. 13. Rota dec. 40. p. 2. divers. ubi n. 7. inquit quod si referens plus disponat, quam relatam constituto de relato, referens non attenditur, sed relatam.*

Et si consideretur, ut dictio, *sicut assimilato*, ut notarunt *Calepin. & Nebris. d. verb. sicut*, significat identitatem omnimodam, & æquilitatem, ut in *cap. cum olim de verb. sign. & in cap. cum in Ecclesia de præb. in 6. Tirac. de primog. q. 40. numer. 30. Dec. cons. 9. numer. 16 & omnia dispositionis relatæ repetit, Rota apud Farin. dec. 555. n. 6. p. 2. recent. Nata cons. 387 in fin. Galganet. d. q. 18. d. num. 13. Azeved. in L. 1. n. 50. tit. 1. lib. 6. recop.*

Et si consideretur, ut dictio, *prout*, etiam est relativa præcedentium, ut in *L. edita Cod. de edend. Menoch. cons. 177. num. 26. Surd. cons. 362. n. 7. Azeved. d. L. 1. n. 50. Galganet. d. num. 13.* Et hæc quatuor dictiones sunt synonymæ, & idem significant, & habent unam naturam relativam, & repetitivam præcedentis dispositionis, in omnibus, & per omnia, *Felin. in cap. ex parte 1. num. 10. vers. scias etiam de rescript. Gramatic. dec. 89. n. 21. Paris. cons. 57. num. 47. lib. 3. Peregrin. de fideicommiss. art. 16. n. 111. vers. tertius casus, Cyriac. contr. 400. n. 36. Barb. dict. 296. numer. 16.*

Et in terminis similis clausulæ, & quod in omnibus regulariter successio per clausulas maioratus antiqui, & relati, tradunt *Mier. de maior. d. p. 1. q. 64. numer. 23. & 24. & 2. p. q. 5. num. 43. & 44. Castill. d. cap. 10. num. 10. & 12.* Atque ita in utroque maioratu debet idem successor succedere, quia manent incorporata bona, & debet idem succedere, *Celsus conf. 66. num. 5.* ubi etiam tradit, quod si Castro, vel Villæ adiciantur aliqua loca, dicuntur esse de illo, & possidentur tamquam incorporata ab eodem successore, *Nat. conf. 430. num. 25. lib. 2.* Atque ita debet succedere, qui vocatus fuerit in primo maioratu, ad quem fit relatio.

63 Pro cuius resolutione faciunt plurima tradita per *Mier. de maiorat. 1. p. q. 10. per tot. Covas practicar. cap. 2. num. 1. & seqq. Greg. Lop. in L. 37. tit. 9. partit. 6. gloss. 1. verb. Se ajunt assen. Boer. dec. 50. n. 19.*

64 Portio enim, quæ accrescit, sequitur eandem naturam, gradum, & qualitatem illius rei, cui accrescit, *L. in testamento ff. vulgari, ubi Bartol. Bald. & alii quos refert Simon de Pretis de interpretatione ultimar. voluntat. lib. 3. interpret. 1. dub. 5. solut. 3. n. 20. pag. 208.*

65 Et ea est natura unionis, ut unitas reducat ad unam essentiam, *L. in rem §. item si quæcumque, ubi notat Bald. ff. de reivindicat. L. sed. & si plures §. filio, ubi Angel. & Imol. ff. vulgari. Cephal. conf. 352. num. 50. Ripa respons. 80. n. 58. Brun. in tract. de augmento conclus. 9.*

66 Augmentum namque succedens per modum aggregationis, seu unionis, & eandem rem constituens, omnes qualitates, & conditiones rei cui unitur, aut aggregatur, suscipit, & omnino iudicatur sicut eadem res, ut resolvit *Gloss. Parisiens. p. 1. §. 1. gloss. 1. num. 46. Corneo conf. 16. num. 15. vers. & licet vol. 1. ubi determinat, quod ubi investitura aliqua habet certam determinationem, si in ipsius confirmatione addatur aliquod castrum, illud intelligitur datum iisdem modis, & qualitatibus, quibus data fuerunt alienanti, *Paris. conf. 22. n. 95. lib. 2.**

67 Et ubicumque in una dispositione fit una additio censentur repetita omnia, quæ sunt in principali, quia fit pars illius, cui additur, *Felin. in cap. de causis n. 2. de offic. delegati.*

68 Quod adeo verum est, quod Ecclesiæ alteri Ecclesiæ unitæ, habentur tamquam appendices illius, cui uniuntur, *Cap. recolentes de statu Monachor. Pariz. conf. 77. num. 1. lib. 4. Valasc. consult. 14. n. 1. Gregor. Lop. in L. 7. tit. 20. partit. 3. gloss. magna Ancharran. conf. 114. Rebus. in praxi beneficior. regul. de unionib. num. 52. & faciunt plurima, quæ in unum*

concessit *Mier. de maiorat. 3. p. q. 8. per tot.*

Et quando titulus Ducis, Marchionis, aut 69 Comitis simul conceditur territorium, seu Castrum, aut Oppidum, tam titulus est annexa, & aggregata dignitas loco, & transire debet cum illo, *Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 10. num. 34. Castill. tom. 6. cap. 159. num. 8. vers. in summa, Bobadil. in polit. lib. 2. cap. 16. num. 6.*

Et sicut unitus titulus manet inseparabilis à loco, & unica, & eadem est dispositio, *Honed. conf. 84. n. 67. vol. 2. Mier. p. 1. de maior. q. 26. num. 96. & seqq.* Augmentum enim debet regulari secundum naturam, cui accedit, *Honed. ubi supra, Menoch. conf. 1005. n. 5. Surd. conf. 397. n. 12. Mantica de tacit. lib. 12. tit. 1. n. 12.*

Conjunctorum enim, & unitorum impossibile est separatio, sed debet esse uniformis dispositio, *DD. in L. sed si plures per text. ibi in §. filio impuberi ff. vulgari, ibi: Functæ enim hæreditas cæpit esse, Patian. de probat. lib. 1. cap. 26. n. 15. & cap. 27. num. 6. facit L. unica Cod. caduc. tollend. ibi: Propter unitatem sermonis, quasi in unum corpus redacti sunt. Valenz. conf. 4. num. 5. & conf. 33. num. 20.* Convertitur enim res unita, in naturam illius, cui fit unio *Gonzales ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 7. num. 7. & seqq. ubi multis exornat.*

Et succedit in uno quis succedit in alio maioratu, quia talis unio, aut aggregatio operatur, ut idem iudicandum sit de his bonis incorporatis, quod iudicatur de illis, quibus incorporantur, ut per hæc verba tradit *Ramon. conf. 100. alias 110. num. 412. Bobadil. lib. 2. cap. 16. num. 6. Menoch. conf. 409. num. 83. & in fortioribus terminis considerat Dec. conf. 362. in princip. ibi: Ex quibus verbis manifeste patet, quod in testamento Jacobi non inducitur novum fideicommissum, sed dumtaxat fideicommissum inunctum in testamento dicti Gim extenditur ad bona d. Jacobi testatoris. Idem Dec. conf. 497. num. 1. Mastrill. dec. 190. alias 196. n. 6. & mihi probatur ex text. in L. si plures §. filio ff. vulgari ibi: Utriusque debet hæreditatem habere, Molina lib. 1. cap. 8. num. 35. Gregor. Lop. L. 37. tit. 9. part. 6. gloss. 2. vers. facit, Mier. p. 1. q. 10. num. 32. & 2. p. q. 5. n. 42. vers. de uno, & n. seqq. Cassanat. conf. 54. n. 14. & 15.*

Quod adeo verum est, ut procedat quavis forma succedendi data in primo maioratu, cui aggregatio facta fuit, sit irregularis, quia eadem forma succedendi servanda est in aggregato, ut signanter voluit *Bald. conf. 498. num. 1. lib. 1. Brunor. in tract. de augment. concl. 5. n. 15. Mier. d. q. 10. num. 33. ibi: Preterea si bonis quæ masculis deferuntur, aliqua portio*

portio accrefcat, etiam masculis deferetur.

74 Nifi quando fit aggregatio ex propriis bonis, voluntarie faciat aggregans alias vocationes diverfas, quia tunc fervanda funt, & non maioratus cui aggregatio fit, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 8. num. 32. & 36. Mier. 3 p. q. 8. num. 39. Caftill. lib. 3. contr. cap. 10. num. 18. Amat. var. refol. 67. numer. 69.* At vero fi nihil dicat, aut difponat, fed folum aggregaverit bona tali maioratu, obfervanda eft difpofitio illius, licuti etiam quando Princeps facit concessionem bonorum Coronæ alicui, ut in eis fuccedatur ficut in tali maioratu, quia tunc regulatur fucceffio non per Legem mentalem, fed per vocationes maioratus, & quis fuccedit in maioratu, fuccedit in bonis Coronæ, ut iudicatum fuit in caufa de qua *ego ipfe in comment. ad Ord. lib. 4. tit. 10. pag. 92. numer. 12.* ubi etiam quando fit concessio maioratu, & vocatus habet duos maioratus, cui cenfeatur facta concessio, & n. 13. & feqq.

75 Et in concessione Regia quis dicatur institutor dixi fupra n. 29. in bonis aggregatis, institutorem effe primum acquirentem: ut videre eft n. 29. At vero fi Princeps concedat bona abfque aggregatione, tunc Princeps dicitur institutor, quia non accepit concessionem à primo acquirente; fed à Principe, ut eft *textus expreffus in auth. de exhibend. Reis §. optimum*, ibi: *Et fecundum iuffionem noftram hoc habeant, non tamquam paternam hereditatem, fed tamquam imperialē munificentiam Bald. in cap. 1. §. hoc quoque num. 4. de natur. fucceff. feud. ubi loquitur in concessione Comitatus facta à Principe Gregor. Lop. in L. 23. tit. 13. partit. 2. verb. Homenage Xuar. in quaftione de maioratu n. 18. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 11. num. 48. Pereir. de jur. lib. 2. cap. 16. n. 19. & 20. & num. 21. idem tradit in feud. & Molin. lib. 1. cap. 8. n. 5. in emphyteufi Cald. de nominat. lib. 2. q. 17. num. 10. & lib. 3. cap. 4. n. 4. & in facultate nominandi Ponte conf. 109. num. 23. lib. 2. Valenz. conf. 155. Salgad. in labyrinth. creditor p. 2. cap. 27. per tot.* At vero fi concessio facta fuerit per titulum maioratus extra Legem mentalem, tunc dicitur institutor primus acquirens, ut ad hoc fucceffor dicatur effe de ejus fanguine, ut requiritur in terminis *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2.* ut vidi refolutum, non vero quando bona aggregantur maioratu, quia tunc dicitur institutor ille, qui erexit maioratum.

76 Aggregationes, feu uniones, maioratum tripliciter fieri contingit, per incorporationem, vel accessorie, vel æque principaliter de quibus agit *Gloss. in cap. & temporis 16. q.*

1. verb. unire ex *Gonzal. & Garcia Roxas de incomp. maior. p. 4. cap. 5. num. 34.* & nos diximus d. p. 195. cum multis *Gonzales ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 7. n. 26. Garcia de benef. p. 12. cap. 2. n. 7. & 12.*

Aggregatio per incorporationem cenferi debet, tamquam unamet difpofitio facta in una charta, ex *Garcia Rox. d. cap. 5. n. 35. 36. & 37. Et nos diximus tom. 4. ad Ord. tit. 50. cap. 1. pag. 187. Et nos diximus d. pag. 195. Add. ad Molin. de prim. lib. 1. cap. 8. num. 35.* Et eft fortior aliis *Lucas de Pena in rubric. Cod. bon. vacant. lib. 10. num. 2. Alex. conf. 114. num. 19. & 20. Anguis. conf. 242. Ramon. conf. 100. n. 529.*

Et aggregatio dicitur facta per verba unimus, aggregamus, incorporamus, aut per adjunctionem, feu aggregationem ad antiquū maioratum, *Addent. ad Molin. de primog. lib. 1. cap. 8. n. 35. Garcia de expens. cap. 22. num. 6. Caftill. lib. 3. contr. cap. 10. num. 9. & 10. & tom. 5. cap. 128. num. 21. & cap. 155. num. 10. Burg. da Paz. q. 6. n. 5.*

Aut fi non constat ex instrumento, potest 79 testibus probari, *Mench. lib. 6. præf. 80. n. 6. Garc. de benef. p. 11. cap. 2. n. 56. Tondut. tom. 1. canonic. cap. 37. n. 14. Bart. de potest. 3. p. alleg. 56. n. 52.*

Aggregatio quando fit accessorie, fequitur naturam fuis principalis, cui unitur ex *Oldrad. Garcia Mier. Roxas d. cap. 5. n. 38. & nos diximus 4. tom. ad Ord. ad tit. 50. cap. 1. pag. 195. col. 1. de qua re Barb. in L. cum prætor ff. judic. §. fin. n. 241. Add. ad Molin. supra, Mier. de maior. p. 3. in nov. edit. q. 8. num. 17. & feqq. & q. 5. n. 43. Azeved. L. 6. tit. 7. lib. 5. re- cop.*

Consistit enim in eo, quod res deftinetur ad hoc, ut fit pars alterius, & ut talis aggregetur vel lege, vel ftatuto, vel hominis difpofitione, fine qua non datur aggregatio, *L. inter foerum §. cū inter ff. de pact. dot. L. etiam Cod. jur. dot. L. ex factis §. rerum ff. de hered. instit. Gail. lib. 2. obser. 62. num. 4. Mier. de maiorat. 4. p. q. 20. n. 136. Amaya in L. 2. numer. 21. Cod. bon. vacant. lib. 10. Somoz. de reg. 4. p. cap. 10. n. 91.*

Aggregatio, quando fit æque principaliter, tunc quælibet difpofitio remanet in fuo ftatu, ex *Ojeda Garcia Roxas d. cap. 5. num. 39. & nos diximus d. pag. 195. Add. ad Molin. supra.*

Et potest de illa constaret, aut per instrumentum, aut per temporis fufficientis transitum, ad hoc ut possit dici, talem rem effe de tali maioratu ex unione, ut probat *L. ex factis §. rerum autem ff. hered. instit. ibi: Quas perpetuo ibi habuerit, L. liberorum, §. chartis*

115 Cum ab hac ſententia gravamen fuiſſet interpoſitum ad Supplicationis Senatam, confirmata fuit à Iudicibus: *Fonſeca. Lopes Oliveyra.* Die octavo Auguſti de 1679. Et fundata in deliberatione ſequenti.

116 *Ægidius, atque Joanna, qui quondam maioratum inſtituerunt, inter alias inſtitutionis clauſulas eam quidem ſcripſerunt, quæ legitur fol. 4. verſ. & ita ait. E queremos, &*

outorgamos, que qualquer homem, ou mulher, que o dito morgado houver, q̄ todas herdades que houver, ou lhe ficarem por herança, que siquem ao dito morgado, por ser accrescentado.

117 Ex quibus verbis illud aperte instituentes voluisse constat, quod nempe bona omnia immobilia (sic enim verbum illud, herdades intelligo) à successoribus in maioratus augmentum adjiciantur; & licet hæc dispositio quatenus ad omnia quorumcumque successorum immobilia bona extēditur, rigida quidem videatur, jure tamen improbata non reperitur, imo potius usitatissima consuetudine comprobatur, quotidie quippe similes clausulas offendimus in maioratum institutionibus, ad quorum inviolabile observantiam teneri, qui eas acceptant, quamvis onus ignoraverint, imo licet onus ipsum maioratus valorem excedat, probatur ex iis, que *Surd. cons. 150 numer. 20. cum seqq. Mier. de maiorat. p. 2. q. 4. illat. 8. num. 65. cum seqq. Castill. controv. lib. 5. cap. 107. num. 65. 68. & 69.*

118 Verum cum maioratus ipse ante annos 240. conditus sit, & per plures, atque diversos successores digressus, nunquam tamen illi clausulæ paritum fuisse ostenditur, atque ita tempus plusquam immemorabile transactum est, quin vel semel tantum instituentium præcepto satisfieret ab uno, aut altero successore, ex quo solo fundamento in sententiæ confirmationem, dicor alia quippe à disertissimis inferioris Aulae Senatoribus scripta non difficilem mihi videntur habere solutionem; hoc tamen ita urget, ut intellectum necessario adstringat.

Tempus enim immemorabile est adeo potens, ut modum, atque formam à testatore in maioratus successione datam mutare valeat, & idcirco succedendi ordo etiam adversus expressam instituentis dispositionem ab una linea contra aliam facile præscribitur, *Cabed. dec. 121. p. 1. Pereir. dec. 21. numer. 8. latissime Castill. controv. lib. 5. cap. 93. §. 9. per tot.* Similiter ergo ex quo elapso jam tempore plusquam immemorabili nunquam tamen illi clausulæ paritum fuit, adversus eam ita jam præscriptum est, ut amplius observanda non sit.

Ex hoc igitur capite Actor meo quidem judicio obtinere non potest, quamvis ex alio forte sibi utiliori, quod ex advocatorum incuria omisit causa sua probabilior videri potest. Ulyssipone 21. Julii 1679. Lopes Oliveira.

No feito de appellação civil, em que são partes AA. Pantaleão Paes de Lacerda, e sua mulher, e RR. Antonio Peixoto, e sua

mulher, Escrivaõ Manoel Pinheiro da Costa, se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos, libello dos AA. que os RR. contrariarão, mais artigos recebidos, documentos, e mais papeis juntos, prova por huma, e outra parte dada. Mostrase pela dos AA. que Gaspar Vaz de Sousa, terceiro avo do A. fez em sua vida doação a sua filha Dona Maria de Castro de quatro propriedades, hũa chamada a herdade das Pivides, e outra a dos Crespos; e bem assim de hum Souto na cabeça do Mecaso, e de huma tapada de vinha, e olival ao moinho do Cubro. As quaes quatro propriedades tomára em sua quarta, e nellas instituiu morgado, pôdohe todas as clausulas, que para fazer este se requerem, como se vê da escritura junta. Mostrase chamar para a dita successão a dita sua filha Dona Maria, e por sua morte seus filhos, e descendentes, e na falta delles a seu neto Gaspar Vaz de Sousa, filho de sua filha Dona Brites de Sousa, e por morte do dito segundo chamado a seu neto Jeronymo, filho da dita Dona Brites de Sousa, e que morrendo os sobreditos chamados sem filhos, fossem as ditas quatro propriedades à Santa Casa da Misericordia desta Cidade, o que tudo melhor consta da escritura acima. Mostrase, que o dito Gaspar Vaz de Sousa fez em sua vida partilhas entre suas filhas, e genros, e tirando a quarta, que importou cinco Contos, e quinhentos, e sessenta e cinco mil reis, destes tirou dous Contos, e duzentos mil reis; e nas quatro propriedades, de que acima tinha feito morgado, que quiz ficasse sempre firme, e só o revogou no tocante ao chamar a Misericordia, porque em seu lugar chamara só o parente mais chegado à sua linha, e no mais remanecente da quarta, fez outro morgado, em que nomeou para a successão d'elle a sua filha D. Brites de Sousa, e por sua morte, os que della descendessem, precedendo sempre o macho à femêa; o que mais largamente consta da escritura de partilhas junta a estes autos. Mostrase, que o quarto avo do successor Jeronymo de Sousa, fez morgado em as casas do Chafariz de que o successor está de posse, e nelle lhe poz a clausula, que todos os successores d'elle seriaõ obrigados a annexar as suas quartas, e que como seu filho Gaspar Vaz de Sousa, foy o possuidor do dito morgado, pertence a quarta de seus bês ao sobredito morgado. Mostrase, estar o successor de posse da herdade dos Crespos, e Pivides, e que alcançou sentença contra João Dias Tintureiro, porque se julgou o Souto da cabeça do Mecaso por de morgado, como se vê da certidão junta. Mostrase, que o A. he filho legitimo de Henrique Correa de Lacerda, o qual

o qual era filho legitimo de Pantaleão Paes de Lacerda, e de ſua mulher Dona Brianda de Souſa, a qual era filha legitima de Dona Brites de Souſa, e que da dita Dona Brites de Souſa, e da dita Dona Maria de Souſa dotada, filhas do inſtituidor, não ha hoje parente algum mais ebegado que o ſucceſſor por linha direita, a quem pertence a ſucceſſão dos vinculados, e annexados ao morgado das caſas do Chafariz, nem ha deſcendẽte algum dos ditos dous chamados Gaspar Vaz de Souſa, e ſeu irmão Jeronymo filhos da dita Dona Brites de Souſa, e o parente mais chegado, que ſe acha por linha direita, he o ſucceſſor. Finalmente ſe moſtra, que os RR. eſtão de poſſe da fazenda da contenda. Por parte dos RR. ſe moſtra, que Jeronymo de Souſa, quarto avo do ſucceſſor, em o teſtamento com que faleceo, entre as mais diſpoſições que fez, foy deixar as caſas em que vivia ao Chafariz a ſeu filho Gaspar Vaz de Souſa em morgado, para elle, e os que delle deſcendeſſem, com a clauſula, q̃ todos os ſucceſſores do dito morgado ſeriaõ obrigados annexar a ſua quarta, até chegar a cem moyos de renda, como ſe vê do teſtamento junto. Moſtraſe, que o dito Gaspar de Souſa poſſuiu em quanto viveo, o dito morgado, e o deſfructou, pelo que quaſi contrahio com o defuncto ſeu pay em aceitar ſua herança, ficou obrigado a annexar a ſua quarta, na fórma da diſpoſição do teſtamento. Moſtraſe, que não obſtante a dita obrigação, fez de quatro propriedades doação a ſua filha Dona Maria inſtituindoas em morgado, e tomandoas em ſua quarta, e que morrendo a dita Dona Maria ſem deſcendencia, paſſaſſe o dito morgado a ſeu neto Gaspar, filho de ſua filha Dona Beatrix e que por ſua morte, ſe ficaffe ſem filhos, foſſe a ſeu neto Jeronymo, filho da meſma, e que não ficando deſcendencia de nenhum deſtes dous chamados foſſe a dita fazenda à Misericordia deſta Cidade, como ſe vê da Certidão, que a eſtes autos anda junta. Moſtraſe, que o dito Gaspar Vaz de Souſa, fez partilhas em ſua vida entre ſuas filhas, e genros, e tirãdo a ſua quarta em as quatro propriedades aſſima, e outras mais fazendas, quiz que o morgado, q̃ tinha feito nas ditas quatro propriedades ſe conſervaffe; e ſó o revogou em quanto ao chamar a Misericordia, porque em ſeu lugar chamou o parente mais chegado da ſua linha, e no mais remanecente de ſua quarta fez outro morgado, em que nomeou ſua filha Dona Brites de Souſa, o que tudo melhor conſta da certidão da eſcritura de partilhas, que ſe ajunta Moſtraſe, que fazendoſe partilhas por morte do dito Gaspar Vaz de Souſa, nellas ſe adjudicou a quarta a ſeu neto Gaspar

Vaz de Souſa, na fórma da diſpoſição de ſeu avo: das quaes appellando Dona Brites de Souſa ſua mãy obteve ſentença no Juizo de mayor alçada a ſeu favor, porque ſe mandava ſe lhe entregaffe a quarta, por ſer poſſuidora do morgado inſtituido por ſeu avo Jeronymo de Souſa, ao qual ſe devia annexar, o que melhor ſe deixa ver da certidão do Acordão, que ſe ajunta, como tambem ſe lhe reſtituirem os fruõtos da dita quarta da morte de ſeu pay Gaspar de Souſa em diante. Moſtraſe em razão de alguns erros, e dividas, que depois de tirada a dita quarta ſe fizeram, como foy quatro moyos de trigo, que deu Simão Correa de Lacerda de bom concerto à ſanta Misericordia de renda cada anno, e outras, que deſtes autos ſe moſtraõ, e melhor da eſcritura de tranſação, que nelles anda, ſe fizeram novas partilhas, para ſe ſaber, o que liquidamente cabia à quarta, que ſe havia annexar, e nella ſe pôr em cheyo a quarta, que ſe havia annexar de outras fazendas, e não com as da contenda, a qual ſe deu por livre em legitima. Moſtraſe, que fazendoſe partilhas entre Dona Brites de Souſa, e ſeus filhos, dos bens, que ficaraõ por morte de ſeu marido Simão Correa de Lacerda, foy dada a inventario por bens livres a fazenda de que ſe trata, e como tal foy dada a ſeu filho legitimo Gaspar Vaz de Souſa, como ſe vê do treſlado das meſmas partilhas, e da ſorte do dito Gaspar Vaz de Souſa, e debaixo deſte titulo, foy que a poſſuiu ſempre por livre, e por ſua morte a ficou poſſuindo na meſma fórma ſua mulher Catherina Ferreira tia dos RR. a qual fazenda foy ſempre poſſuida, à viſta de todos os poſſuidores do dito morgado, ſem nunca trabarem da reivindicação. Moſtraſe andar em demandas Gaspar Vaz de Souſa com ſua mãy Dona Brites de Souſa, e com ſeu irmão Ruy Vaz de Lacerda, poſſuidor que foy tambem do dito morgado, e ſendo que foy hum dos mais ricos homens, que teve eſta terra, e poderoso, e de mais ſe não fallava com o dito ſeu irmão, e nem de chapeo, e nunca lhe pediu a fazenda de que ſe trata, pelo que ſe deixa ver, que ſe a fazenda for a de morgado, tratarãõ os poſſuidores delle de a pedir. Moſtraſe, que por morte do dito Gaspar Vaz de Souſa ficaraõ correndo os meſmos litigios com ſua mulher Catherina Ferreira, à qual tambem ſe não pediu a dita fazenda, ſendo que a dita Catherina Ferreira trouxe tanto atropellado o dito Ruy Vaz de Lacerda, que lhe veyo a dar de hum concerto ſeſſenta mil reis, como ſe vê da dita eſcritura de tranſação junta a eſtes autos. Moſtraſe, que o alcançar o A. ſentença contra João Dias, ſenaõ ſoube defender, nem moſtrar

papeis juridicos. Finalmente se mostra, que a fazenda da contenda veyo a poder dos RR. por titulo de herança, e que com esse titulo he que a possuem. O que tudo visto com o mais dos autos. disposição de Direito em tal caso, e como se mostra pelo testamento a fol. 49. com que faleceo Jeronymo de Sousa fazer morgado em as casas em que vivia ao Chafariz, com a clausula, que todos os successores delle serião obrigados a annexar as suas quartas, até chegar a cem moyos de renda, e se mostrar, que seu filho Gaspar Vaz de Sousa, como successor que foy do dito morgado, estava obrigado a annexar a sua quarta; pois na aceitação, que fez do dito morgado, que tambem se sujeitou a todas as clausulas, que se contrahio com o dito defunto seu pay com que foy instituido, e constar, que o dito Gaspar Vaz de Sousa fez doação a sua filha D. Maria de quatro propriedades, nas quaes entrava a da contenda, tomandoas em sua quarta, e instituindoas em morgado, para o qual chamou Braz Vaz, e que por morte destes sem descendencia fossen as suas fazendas á Misericordia desta Cidade, como se vé da certidão a fol. 6. e se mostrar da certidão a fol. 12. que fazendo o dito Gaspar Vaz de Sousa em sua vida partilhas entre suas filhas, e genros, tirou a sua quarta, na qual entrava as ditas quatro propriedades, que quiz ficassem em morgado, na fórma que tinha disposto, e só o revogou em quanto ao chamar a Misericordia; porque em seu lugar chamou ao parente mais obgado de sua linha, e no mais remanecente da sua quarta, instituiu outro morgado para o qual chamou a sua filha Dona Brites de Sousa, os quaes morgados, conforme a Direito, não podia fazer, por estar obrigado a annexar a sua quarta ao morgado de seu pay, e constar, que fazendose partilhas por morte do dito Gaspar Vaz de Sousa, se adjudicou a quarta a seu neto Gaspar, na fórma da disposição de seu avô: das quaes appellando Dona Brites de Sousa, filha do dito Gaspar Vaz de Sousa, obteve sentença na mayor alçada, porque mandava se lhe entregasse a quarta com os rendimentos della da morte de seu pay em diante, visto lhe pertecer, por ser possuidora do primeiro morgado, a quem se devia annexar, como se vé da certidão do Acordão fol. 71. e se mostrar, que para se saber, o que liquidamente cabia á quarta, que se havia annexar, se fizeram novamete partilhas por aut horidade de Justiça, porque dessa sorte, não se podia emendar os erros dos antecedentes, o que conforme a Direito he permitido, e juntamente pelas muitas dividas, q̄ depois se haviaõ contrahido, como foy a de quatro moyos de renda de trigo cada anno á Misericor-

dia desta Cidade, os juros que se hiaõ vencendo, e trezentos mil reis, que se pagaraõ á Sé desta Cidade, como consta da escritura do concerto a fol. 37. as quaes dividas se haviã de tirar da quarta, e consta, que nestas partilhas, que se fizeram, se tiraraõ outras fazendas, que não foy a da contenda, com que se poz em cbeo a quarta, e a fazenda, de que se trata, foy dada por livre em legitima a D. Brites de Sousa, como se vé de sua sorte a fol. 74. vers. e se mostra, que fazendose partilha dos bens que ficaraõ por morte de Simão Correa de Lacerda entre sua mulher Dona Brites, e seus filhos, se deu a inventario a fazenda da contenda por livre, e como tal foy dada a seu filho Gaspar Vaz de Sousa como se vé do traslado do inventario a fol. 115. e de sua entrega a fol. 134. e melhor de sua sorte a fol. 77. vers. e constar, que Catharina Ferreira, mulher do dito Gaspar Vaz de Sousa a deixou a sua irmã Guimar Ferreira, como se vé do seu testamento a fol. 169. e do acto da posse a fol. 176. vers. e se mostrar do testamento, com que faleceo a dita Guimar Ferreira a fol. 183. vers. deixar a sobredita fazenda aos filhos dos RR. e da sentença, que os AA. ajuntãõ, porque se julgou o soute da cabeça de Mecoço por de morgado, foy porque o R. não mostrou papeis juridicos, dos quaes constasse ser livre, e como por parte dos RR. se mostrem estes, e que nunca os possuidores de morgado, de que o A. está de posse, tratasem de pedir a fazenda da contenda, sendo á vista de todos elles possuida por livre, e constar, que Gaspar Vaz de Sousa andou sempre em demandas com sua mãe Dona Brites de Sousa, e seu irmão Ruy Vaz de Lacerda possuidores que foraõ do dito morgado, e nunca estas intentarem pedir a tal fazenda: e tanto, que durando ainda estes litigios com sua mulher Catharina Ferreira, a qual por ser aquietã, lhe deu de bom concerto Ruy Vaz de Lacerda sessenta mil reis, como se vé da escritura a fol. 241. e se mostrar, que os RR. gozaõ a sobredita fazenda com justo titulo, a julgo por livre, e os absolvo do pedido pelos Autores, aos quaes condẽno nas custas destes autos. Portalegre 27. de Fevereiro de 1678. Manuel Vidigal de Moraes.

A qua sententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatam, ubi fuit confirmata: Judices. Pereyra. Fonseca Lopes Oliveyra. Et fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

Ex actis plene probatur, quod Actor est descendens Hieronymi de Sousa & possessor maioratus ab eo instituti, itaque habet actionem, ut ei restituantur omnia prædia ad dictum maioratum spectantia, nec Reus hoc ini-

inſiciatur, nec prærens quæſtio in eo conſiſtit.

123 Sed quia omnes poſſeſſores maioratus à prædicto Hieronymo inſtituti tenebantur annectere huic maioratui ſuam quartam, quæ ita vocatur in Civitate de Portalegre, & ejus Provincia, & in omni Regno, aut tertia, ut patet ex inſtitutione fol. 36. in principio. itaque ejus filius Gaſpar Vaz de Souſa tertius avus Actoris primus poſſeſſor hujus maioratus, tenebatur ei annectere ſuam quartam, ut judicavit Senatus in ſententia fol. 54. tota dubitatio hujus proceſſus in eo vertitur, nempe ſi prædium ab Actore peti- tum eſt, & à Reo poſſeſſum, ſpectat ad quartam Gaſparis.

124 In qua quæſtione judicandum puto, quod prædictum prædium ſpectabat ad quartam Gaſparis, & ita eſt connexum maioratui inſtitutoris Hieronymi, ut manifeſte probatur ex ſcriptura dotis à Gaſpare conſtitutæ ejus filiarum fol. 5 & melius ex inſtrumento partitionum, quas in ejus vita confecit inter ejus filias, & generos, ut conſtat ex ſcriptura fol. 8. & omnem dubitationem tollit ſententia Senatus dicto fol. 54. in qua judicatum fuit, quod prædictæ partitiones, in quibus prædium contentionis adjudicatum fuit Gaſparis quartæ, non poterant revocari, immo validæ erant, & quod omnia prædia præfactæ, quartæ adjudicata erant annexa maioratui inſtitutoris Hieronymi, & ita pertinebant ad poſſetricem prædicti maioratus. Quare ſtante ſententia Senatus ſupra relata, indubium eſt, quod prædium contentionis eſt vinculatum, & ſpectat ad Actorem, tanquam deſcendentem inſtitutoris Hieronymi ejus quartæ avi, & poſſeſſorem ejus maioratus.

125 Quin obeſſe poſſint partitiones poſtea factæ fol. 56. verſ. & ſeqq. in quibus prædictum prædium contentionis tanquam liberum adjudicatum fuit legitimæ, quia nullæ adjudicari debent, ut pote confecit contra ſententiam tranſactam in rem judicatam, *Ord. lib. 3. tit. 75. in princip. & tit. 87. §. 1.* Quare non poterant fieri novæ partitiones contra ſententiam Senatus, & quando contigeret, quod apparerent aliqua debita Gaſparis, non ex hac ratione debebant fieri de novo partitiones, ſed ſolum unusquiſque hæres teneretur pro ſua parte, & ad hoc maneret adſtriſtus, ſicut ſucceſſor quartæ pro ſua parte, cum iſta deducenda ſit poſt ſolutum omne æs alienum de reliquis bonis, & ſemper habeatur conſideratio ad bona tempore mortis, *Valaſc. de partit. cap. 19 n. 3.* & cum quarta Gaſparis plus excederet valorem quatuor prædiorum, quæ ille in ea elegit,

ex reliquis bonis ad eam ſpectantibus debebat ſolvi pars debitorum ad quartam ſpectans, non vero debebat adjudicari legitimæ filiarum prædium contentionis jam judicatum, & vinculatum maioratui per ſententiam Senatus, & nullatenus debebant de novo fieri partitiones.

Et quod magis eſt, ſine fundamento præ- 126 textu horum debitorum novæ partitiones fuerunt confecitæ, quia talia debita Gaſparis non probantur, ſimiliter nullius momenti eſt alterum fundamentum Rei, ſcilicet, quod non poterat annecti quarta Gaſparis cum fructibus, quin denovo partitiones fierent; quia reſpondetur, quod in partitionibus à Gaſpare factis in ejus vita, jam erat ſeparata ejus quarta, ut fructus ejus non pertinebant ad partitiones, quia erant ejus filiarum per ſententiam dicto fol. 54. & eorum erat debitor nepos Gaſparis ejus matri filiarum ejusdem Gaſparis, & ita eliduntur omnia fundamenta à Reo perpenſa, quamobrem Reos condemnarem, ut dimittant, & reſtituant Actori prædium contentionis cum fructibus à tempore litis conſtitutæ, ſic revocato Judice, quin etiam obſtaret præſcriptio quadragenaria cum titulo, qua Rei pertendunt excludere Actorem, quia cõmunis opinio obſervata in Senatu, à qua in judicando recedendum non eſt, tenet, quod res maioratus præſcribi non poſſunt, niſi præſcriptione immemoriali, ut eleganter defendit, & tradit judicatum *Pereir. deciſ. 52. per tot. ita judicarem. Ulyſſipone 22. Julii 1678. Quifel.*

In eadem ſum ſententia, quod res maioratus in hoc caſu præſcribi nequit, niſi im- 127 memoriali tempore, ut cum *Pereir. deciſ. 52.* defendunt *Caſtill. lib. 5. cap. 93. §. à n. 8. 10.* cum multis ſequentibus, *Addentes ad Molin de primog. ad lib. 2. cap. 6. n. 51. verſ. ſuperior.* Et prædium de quo agitur vinculo maioratus de quo agitur eſſe adſtriſtum judicavit Senatus fol. 54. Ulyſſipone 17. Auguſti 1678. Vanveſſem.

Hujus negotii factum ita implicatum mihi 128 viſum fuit, ut non ſemel tamen, ſed iterum atque iterum evoluto proceſſu, cunctisque ejus circumſtantiis ſedulo rimatis, animus certe muſſet, & hæſiſſet, tandem vero in ſententiæ confirmationem ſecurius venire decrevi. Actor nonnulla quidem actione prædium, de quo agitur, à Reo vindicare poſteſt, niſi reali reivendicatione, quævis ei competat, neceſſario ejusdem prædii dominium probare tenetur, quippe quod iſtius actionis præcipuum eſt requiſitum, *L. doce aucillam Cod. de reivendicat. L. in rem actio ff. eod. cum vulgaribus.* In hoc tamen Actor, ni fallor, defecit. K ij Quan-

129 Quamvis non Hieronymus, Actoris avus, illud gravamen successoribus maioratus, quem instituit, indixisset fol. 36. ut unusquisque eorum quartam bonorum suorum partem ei annectere tenerentur, & inter ea, quæ Gaspar ejus Actoris abavus in quartam assumpsit, si prædium hoc completi videatur, atque ideo maioratus acquisitum censeatur, proindeque in dominium Actoris, qui ejusdem maioratus est possessor, venisset, hæc mihi non satis adeo probantur, ut ei vendicationem competere judicem.

130 Primum quippe, quod mihi offertur instrumentum fol. 4. vers. & 5. nihil aliud habet, nisi quamdam donationem, quam sub maioratus vinculo Gaspar Actoris abavus in filiam Mariam contulit, quia sine liberis decedens nepotem Gasparem vocavit, eique si absque sobole diem clauderet extremum, Hieronymum alterum nepotem, ejusque descendentes substituit, tandemque Sanctæ Misericordiæ confraternitatem invitavit, prout in præfato donationis, seu dotis instrumento latius continetur.

131 Licet autem inter bona ibidem donata prædium, de quo agitur, sit expressum, quod & alias donator in quartam assumpsit fol. 6. nemo tamen ideo successoribus maioratus à Hieronymo, ejusdem donatoris patre instituti dominium acquisitum fuisse, securo pede firmare potest; donatio quippe illa ne utriusquam in eos, vel eorum aliquem collata fuit, neque tale quid in donatoris mentem venit, unde non improprie accommodari potest dictæ illud, quod actus agentium ultra eorum intentionem non operantur, *L. non omnes ff. si cert. petat. L. in agris ff. de acquir. rerum domin. cum vulgaribus congestis à Barbof. axiom. 12. n. 7.*

132 Præterea, & fortius, quia donatio illa nequaquam dominium in eos transferre potest, nisi quibus donator vere, vel fide tradidit, non enim nudis pactis, aut contractibus, sed naturali traditione, & rei apprehensione dominium, actioque reivendicationis acquiritur, *L. tradit Cod. de pact. L. si ager 50. ff. de reivend. §. vendit & inst. de rerum divis. Hotoman. illustr. quæst. cap. 11. Barb. in rubr. ff. solut. matrim. p. 4. num. 20. Benedictus Pinel. lib. 2. selectar. cap. 9. numer. 27 Valent. lib. 1. tract. 2. cap. 4. ex numer. 5. multisque aliis August. Barb. in collect. ad text. in dict. L. traditionibus n. 1. & 2. At vero donator Gaspar eis tamen tradere voluit, quibus donavit, minime, aut successoribus maioratus à parente instituti, de quibus non meminit, ergo evidens est iis dominium ex illa donatione non fuisse quæsitum, proindeque, ne-*

que Actoris ejusdem maioratus moderno possessori.

Secundum, aut instrumentum fol. 8. vers. eisdem patitur defectus, immo & graviores, quippe nihil aliud continet, nisi quamdam bonorum divisionem, seu partitionem, qua præfatus Gaspar Actoris abavus res in quartam designavit, in qua tamen illud considerandum est, quod res ipsas non annexit maioratus à parente instituto, prout tenebatur, immo potius novum maioratum novis conditionibus, atque substitutionibus condidit fol. 9. licet Beatricem filiam seniore, ejusque descendentes vocasset in successionem, & tamen prius declaravit fol. 8. vers. ex quarta ipsa ante omnia deducenda esse bona illa, quæ per aliud instrumentum fol. 4. vers. filia suæ Mariæ, ejusque successoribus donaverat.

Ergo apertissime ex hoc secundo instrumento patet, Gasparem ne utriusquam prædium, de quo agimus, in maioratus à parente instituti, successores transferre voluisse, quamvis id in quartam assumpsisset eo præcipue, quia in hoc secundo instrumento nulla traditio vera, vel ficta intervenit. Ex quo proinde dominium Actoris, cæterisve maioratus possessoribus quæri non potuit, ut proxime ostendimus.

Tertium, aut instrumentum transactionis cum Misericordiæ confraternitate celebratæ fol. 26. nil ad rem nostram pertinet, ut ex ea dominium successoribus maioratus quæsitum sit.

Urget tamen efficacius Senatus sententia fol. 54. qua decretum fuit, Gasparem partitionis contractum inter filias à se celebratum revocare non potuisse; proindeque quartam, quam maioratus subjecerat, nepoti Gaspari relinquere non posse, eamque Beatrici ejusdem maioratus possessori restituendam esse, ex quo sane illud conficitur argumentum, quod cum prædium de quo agimus, quartæ sit designatum fol. 6. videtur dicendum maioratus successoribus acquisitum esse, unde non immerito Actor reivendicationem intendit.

Hoc tamen argumentum, quod apparenter urgere videtur, attamen si penitus introspectatur, manifestam continet æquivocationem, agitur non ibi de infringenda dispositione quadam, qua Gaspar partitionem revocaverat, atque ita de dispositione post partitionem ipsam facta, quæ ut aperte patet, illa fuit, quam suo testamento exponit fol. 182. hanc igitur sententiam Senatus infirmavit, vel si quam forte aliam homo ille intabilissimi animi condidit, quæ partitiones sequuta

fequuta fuit, ut manifefta ex ipfius fententia verbis conftat, ibi: *E conforme a iffo o dito Gaspar Vaz em fua vida fez partilhas entre feus filhos por contrato entre vivos cõ referva do ufufructo, o qual conforme a Direitonaõ podia revogar, nem deixar ao appellado a dita quarta, que tinba annexada ao dito morgado, &c.*

138 Eo igitur tendit fententia, ut difpofitio, quæ partitiones fubfequuta fuit, infringere- tur, quartaque antiquiori maioratui anne- ctaretur; at vero prædium, de quo agimus, in partitionibus huic maioratui neutiquam assignatum fuit, ut jam oftendimus; immo potius priori illo inftrumento, & donationis contractu, qui partitiones præcefferat fol. 4. verf. 5. & 6. alii diverfo maioratui assignatum erat. Nihil ergo intereft, quod fententia illa partitionis contractum ratum habuiffet, in eo enim contractu prædium eidem maioratui, quem Aõtor nunc poffidet assignatum minime fuit, immo potius alterius maioratus inftitutio ratificata, & confirmata, atque probata fuit, qua prædium ei, assignatum fuerat traditione fubfequuta in alios fucceffores diverfos, ut ex illo sæpe memorato inftrumento fol. 4. verf. liquet.

139 Quamvis autem maioratum illum Gaspar inftituere non potuiffet, quippe qui quartam totam parentis maioratui ex ejus præcepto annectere tenebatur, id tamen non concludit prædium in iftiusmodi maioratus poffefforem dominium tranfiffiffe eis nec reivendicationem competere, cum nullibi demõftretur Gasparem illi eis dare, & tradere voluiffe, neque id in fententia fol. 54. iudicatur, fed tamen partitionis formatur contractus, pofteriorque Gasparis inconstantiffimi infringitur difpofitio, declarando eum quartam annectere teneri, non tamen inde fequitur, prædium hoc, quod non annexit, immo aliis diverfis perfonis dare voluit, maioratui ita acquiri, ut vendicatio Aõtori competat.

140 Præcipue vero, quia fententia illa lata eft anno 1613. partitionibusque ejus virtute factis eodem anno prædium hoc in legitimum tamquam liberum Beatrici assignatum eft, non autem vinculo maioratus, tamquam fi quarta efferet pertinens fubjectum fol. 57. clare igitur patet illo in tempore, quo fententia vis, & mens apertius nofcebatur, intelligi prædium hoc non fuiffe in quartam imputatum, maioratuique assignatum, & forte quarta per alia bona repleta efferet, de quo nobis modo fatis non conftat.

141 Unde tamen omnes à me factæ confiderationes deeffent, hæc una pro fententia confirmatione, Reique abfolutione fuffice-

ret, nullum enim mihi fufficiens proponitur argumentum, quo tranfactis jam plusquam 60. annis fententiam Senatus aliter nunc intelligam, quam tum cum lata fuit, intellexerunt illius temporis magiftratus, & officiales, præcipue, quia Beatrix ipfa, quæ pro maioratu pugnavit, victrixque evafit, prædium hoc tamquam liberum accepit, novisque partitionibus confenfum adhibuit, immo & cum per conjugis mortem inventarium conficeret, prædium ipfum, tamquam liberum, inter fe, & filios dividendum defcripfit fol. 91. quod in fortem legitimæ Gaspari filio adjudicatum fuit, quid ergo hæc, & alia, quæ bonus Iudex confiderat fol. 186. verf. & 187. fibi volunt fignificare, nifi prædium liberum, & allodialle, maioratumque aliis bonis integratum fuiffe.

Ex quibus plane fequitur minime obftare 142 maioratus bona, non nifi immemoriali tempore præfcribi poffe; hæc enim conclusio, quam veram profiteor, ita demum obfifteret, fi prædium maioratui annexum tenderetur; at vero in præfenti id nunquam ei vinculum fuiffe iudico, immo potius fententia, multiplicatisque partitionibus, liberum fuit habitum, idque ex annorum 60. curfu, confirmavit, pro quo facit, quia quælibet folemnitas, & extrinfeca ex curfu temporis præfumitur, *text. in L. fi filius Cod. de petit. hered. jnnctisque late Reynof. obfervat. 71. per tot. Otero de pascuis cap. 11. à num. 12. Joan. Angel. Boff. de alienat. honor. eccles. à numer. 202. cum feqq. Capic. Galeot. lib. 2. contrav. 38.* Quod maxime procedit ftante obfervantia fubfequuta: igitur & fimiliter præfumimus maioratum aliis bonis integratum, cum per tot partitiones, totque annorum curricula prædium hoc tamquam liberum poffeffum fuiffet.

143 Confirmetur igitur optime Iudicis fententia, non obftante exemplo fol. 38. quo minime ftare tenemur, fed fecundum noftrum intellectum iudicare. Ulyffipone 12. Septembris 1678. Lopes Oliveyra.

144 Mihi etiam magis ad confirmationem appropinquare fas eft; quia periculofum eft, nimisque obfcurum quærere poft tanti temporis curriculum, tantorumque actuum torrentem. non folum denovo cõdere, verum etiam & omnia præterita mutare, vel contra decifionem *text. in L. testamenta 18. Cod. de testament. Tiraquel. traõ. de præfcript. §. 1. gloff. 4. verf. vigefimo quinto, Caffen. in cathalag. glor. mund. p. 1. confiderat 44. verbo mos fideliffimæ vetuftatis debet rotineri, quia antiquitati femper defertur ex cap. de quibus 20. diftinct. L. fi chorvs §. 1. ff. legat. tert.*

145 *Aristotelis* facit dogma qui *lib. 2. Rethor. cap. 15.* ait, quod antiquiora honorabiliora sunt; antiquissimum est honorabilissimum, & pluribus prerogativis antiquitas pollet, comprobatur *Capol. tract. de Imp. milit. delig. n. 3. Tiraquel. de retract. lignag. § 30. gloss. 1. num. 192.* Ideo servandum esse illud, quod ab antiquo fieri consuevit, tradit *text. in princip. vers. ab antiquo de pace constant. ubi Bald.* consuetudines antiquas servandas esse asserit, ne quod contra esse inducendum, *L. 1. Cod. quæ sit longa consuetudo*, in tantum quo probatio in contrarium excluditur, quod est novissimum, *Cap. is qui fidem, juxta gloss. verbo contra presumptionem de spons. L. ultim. Cod. de arbitr. tutel.* Atque impræsentiarum circa prædium, de quo est sermo illo in tempore, quando de partitionibus, sententiis, aliis sequentibus voluntatibus nervose actum fuit, semper liberum remansit, & ita adjudicatum variis in actionibus. Quomodo nunc virtute quartæ eum obnoxium judicare debemus; quanvis aliquæ conjecturæ ad id moveri possint, nam jus regulare non eliditur per dubias probationes, seu conjecturas, *Valenz. cons. 97. n. 73.* Eo maxime cum tunc contra id, quod petitur, actum fuit, & nunquam prædium ad vinculum invenitur realiter adstrictum, nec in illo habuit ingressum, quamvis ex sententia fol. 54. aliquo modo adintueatur, attamen ad alia tendit, & per argumentum ad subjectionem devenitur, quod eliditur per factum non unius, sed tantorum canonitarum jure hæreditario, jam jura non favent illis, qui sunt de præla solliciti, *Val. cons. 183. numer. 33.* Aliis objectionibus satisficit per sapientiss. D. colenlis proximiorum, cujus placitum autumo. Ulyssipone 20. Decembris 1678. Fonseca.

146 Non levis equidem humeris meis provincia imponitur, dum inter gravissimorum partium, quos æquali prosequor veneratione dissidentia suffragia, meam interponere sententiam cogor: discere mihi magis, quam dicere expediret; utrumque peragam, & cum à præstantissimis dominis omnia quæ ad præsentem quæstionem attinent, in medium prolata sint ex suavissimis, quos ipsi collegerunt, floribus, fasciculum hunc componam; discendo eligam, & eligendo dicam.

147 Suppono primo: licere maioratus institutori successoribus injungere, ut bonorum suorum tertiam, vel partem aliquam ipsi maioratus adjiciant. *argumento text. in L. ab eo 9. Cod. de fideicommiss. L. unum ex fam. §. 1 ff. de leg. 2. Molin de primogen. lib. 2. cap. 4. num. 15. vers. sed quamvis, Peregr. de fideicommiss. art. 33. n. 33. Gratian. forens. cap. 9. 17. num. 2. 1.*

Phæb. decis. 212. num. 24. Quod ex eo provenit, quod testator de rebus hæreditariis disponere, easque legare potest, *dict. leg. num. ex fam. §. si rem. text. in §. non solum.* & ibi *Pichard. dict. num. 66. inst. de legat. Com. 1. variar. cap. 12. numer. 14.* & ibi *Aylon.* & ita hæres obtemperare tenetur adstrictus obligatione, ex quasi contractu resultante § *hæres,* & ibi *Pichard. n. 5. inst. de oblig. quæ ex quasi contractu.*

Suppone secundo posse parentes, dum adhuc vivunt, inter filios patrimonium dividere; modo ipsi emancipati sint (quod in præsentibus terminis accidit, duæ enim Gasparis filia, Maria, & Beatrix in matrimonium collocatae erant, & ita patriæ potestatis nexibus exsoluta ex *Ord. lib. 1. tit. 87. §. 6.*) *Caldas à dict. §. sed hoc numer. 18. inst. de inoffic. testam. optime Cancer. 1. variar. cap. 3. n. 15. Surd de aliment. tit. 9. q. 2. num. 13. Valasc. de partit. cap. 21. num. 6. Cabed 1 p. decis. 127.* Ubi asserit, talem divisionem revocari non posse, & licet *Valasc. proxime,* posse patrem affirmat, attamen cum dictus Gaspar non revocasset, nihil *Valasc. officit.*

Suppono tertio testatorem res, quas vellet, eligere posse, quæ in suam tertiam, vel pro Regionis more in suam quartam impotentur, *Valasc. de part. cap. 19. num. 25. & cap. 20. n. 25. & consulte. 53. n. 9.*

His ita de jure præhabitis, jam illud ex factum metiamur, primus institutor jussit successoribus quartam maioratus adjungere, Gaspar primus successor præcepto illi parere tenebatur: idem, dum adhuc viveret, bona inter nuptas filias divisit, & prædium, de quo contenditur, in quartam inter alia cooptavit; huc usque sane recte, sed dum ex bonis in quartam selectis, donationem fecit, & alium maioratum instituit, irritum quidem disposuit, idque sacri Senatus sententia fol. 54. evictum est, jussumque, ut quarta à Maria, & nepote Gasparis retraheretur, restituereturque Beatrici maioratum, cui quarta adjicienda erat possidenti, idque nova divisione instituta actum est.

At ex parte Actoris objicitur Senatus sententia divisionem à Gaspare factam ratam habitam, ideoque à judice repeti non potuisse. Hoc quidem verum agnosco, sed non perpetuo verum, possunt enim partes sententia renuntiare, *ex text. formali in L. si judex ff. de minorib. Gabriel Pereir. decis. 62. n. 2.* Sic etiam si quis peremptoriam ex re iudicata objiciat proxime, *Ord. in 3. tit. 20. §. 15.* & patiat adversarium de injustitia sententia opponere, Judex licet inferior, qui de exceptione cognoscit, & de meritis objectæ sententia

ſententiæ cognoscet, *Gam. decis. 357. alias 354.* in cauſa Donæ Philippæ n. 1. & 2. ergo licet diuiſio à Gaſpare inter filias facta Senatus ſententia confirmata ſit, dum iudex ad aliam diuiſionem properauit, ſcientibus, & non repugnantibus iis, qui talem diuiſionem impugnare poſſent, utique ſententiæ renuntiale uidentur.

Sed replicabitur, iſta renuntiatio ſequenti-
bus in maioratu ſucceſſoribus præiudicium inferre non poſſet, cum enim Gaſpar prædium, de quo agimus, in quartam cooptaſſet, ſententiæque iuſſum ſit, ut dicta quarta maioratui in iungeretur, ſucceſſoribus ex dicta ſententia ius acquiſitum eſt, *argumento text. in L. quod res Cod. de don. quæ ſub modo,* & hoc ius illis auferri non poſſet.

Augetur difficultas ex eo quod ſupra in
I. ſuppoſito uerſ. quod ex eo dictum ſuper-
eſt. Quinto: Poſſe teſtatoreſ de hæredis rebus diſponere, illasque legare, unde quarta ſucceſſorem, non ipſorum ſed inſtitutoris iudicio, maioratui unitæ cenſendæ ſint, at rerum legatarum dominium à dicta hæreditate, ſtatim recta uia ab eo, qui legauit, ad eum cui legata ſunt, tranſit, *L. à Titio ff. de furtis.* Ergo quarta bonorum Gaſparis, cum non ipſius, ſed primi inſtitutoris iudicio, maioratui annexa ſit, ſtatim à morte Gaſparis ipſi maioratui unita cenſenda eſt, illiusque dominium ad maioratus ſucceſſores tranſiſſe: huius inſtantia vim ut declinemus, aduertendum eſt, *regulam textus in L. à Titio limitari,* quando teſtator hæredis rem legat, *Gomes ubi ſupra:* ratio eſt, quia cum nemo plus iuris in alium tranſferre poſſit, quam in ſe habet, *L. nemo plus iuris ff. de reg. jur. L. traditio 20 § quoties ff. de acquirend. rerum dom.* Ita cum dominium rerum hæredis penes teſtatoreſ non ſit, illud tranſmittere non poſſet, ex quo ſequitur dictum prædium adhuc maioratui adiectum non eſſe, & ita ſucceſſoribus nullum illatum præiudicium, nullum enim ius illis in tali prædio adhuc acquiſitum eſt, ſed tantum in tertia, ex quo ſequitur realem actionem actori non competere, utpote qui dominium nactus non ſit ex regio, *text. in L. in rem actio 21. ff. de oblig. & actionib.*

Sed quia teſtatoris uoluntas pro lege eſt, poſſetne Iudex diuiſionis bona, quæ teſtator in tertiam ſepoſuit, alicui ex hæredibus adjudicare, ipſam uero tertiam ex aliis bonis hæreditariis repletet: hanc quæſtionem in terminis diſputat *Gam. decis. 48* & affirmatiue reſoluit uidentur omnino, & licet *Flores* ibidem cum aliis, quos laudat, deciſionem illam dicat penitus falſam, adijcit ſtatim, ſuſti-

nendam ex curſu longiſſimi temporis, at uero ab ultima diuiſione ad præſens plus ſexaginta annis intercedit.

Deinde *Flores* eis, quos ſequitur, præſupponit, rem à teſtatore maioratui designatam: hoc ſane caſu infirmior mihi foret *Gamæ* authoritas ob ius ſequentibus acquiſitum, & in noſtro caſu Gaſpar neuiquam quartam maioratui uniuert, cui unienda erat, ſed alii designauit.

Tandem *Beatrix*, quæ ſententiam repor-
tauit, tertiam, ſive quartam deciſione à Iudice facta accepit, ſic & alii ſucceſſores, quibus minor eſſet diligentia in iis, quæ ſibi deberentur proſequendis, & nihilominus tacuerunt. Ergo huius ſilentii nullam aliam cauſam præſumo, quam quartæ juſta, & integra ſatisfactio, quod ſi factum non ſit, oſtendat Actor, & id patet, quod ad perfectam quartæ ſatisfactionem defecerit.

Hæc me cogunt ſapientiſſimis Dominis
tertio, & quarto loco deliberantibus accedere, Reumque abſolvere, juſteque iudicatum confirmare; nec me mouet, quod in alia cauſa ab Actore miſero alii homini mota, actor ipſe obtinuerit, legibus enim, & non exemplis iudicamus, & ſummus ille, omnipotensque Iudex, qui cum acceperit tempus, mortuos iuxta uiuos ad calculum uocabit juſtitias iudicaturus, ſententiarum juſtitiam, uel in juſtitiam ipſe diſcernet. *Ulyſſipone 5. Januarii 1679. Pereyra.*

Quid autem dicendum ſit in patre filii
ſuppoſiti eo ſciente aut ignorante, & an poſſit in illo facere maioratum, aut ereſtioneſ, & cui, & quibus competat ſucceſſio, maioratus ſic factus, & erectus à patre ſubpoſito, & in filium ſubpoſitum, & an ſit ualida, uel non ereſtio maioratus, late tractat *Caranc. de part. ſuppoſit. cap. 5. numer. 13. & ſeqq. & ſignanter numer. 32.* de qua re uide etiam *Portugal de donat. Reg. 2. tom. p. 3. cap. 33. num. 8. & ſeqq. Roxas de incomp. maior. p. 2. cap. 4. per tot. & dicemus infra.*

C A P. IV.

Maioratus quibus in rebus institui possit, & quæ bona institutio facta de omnibus bonis comprehendat.

S U M M A R I U M.

- 1 Quando maioratus institutor fecit maioratum de omnibus bonis suis mobilibus, & immobilibus, movētib, & summovētib, an omnia bona comprehendantur, & quæ: & nn. seqq.
- 44 Maioratus an possit constitui in rebus mobilibus.
- 45 Maioratus an possit erigi de nominibus debitorum.
- 46 Maioratus an possit fieri in pecunia, & in annuis redditibus: & n. 12.
- 48 Si testator inquit quod facit maioratum de omnibus suis immobilibus, an in hac dispositione comprehendantur annui redditus, vel census: & nn. seqq.
- 59 Maioratus an possit fieri in præjudicium creditorum, & de bonis heredis, aut alienis, & quid si in illis habet partem, ubi etiam an possit legare rem alienam: & nn. seqq.
- 76 Maioratus an, & quando possit facere pater de legitima filii, & validus sit: & nn. seqq.
- 90 Maioratus an possit constitui de re emphyteutica: & nn. seqq.
- 166 Maioratus an possit constitui de re feudali.
- 167 Maioratus an possit fieri de re subiecta oneri Missarum.
- 168 Quid in bonis donatis pro se, & filiis à Rege, vel à particulari, & in bonis extra Regnum.
- 169 Officium an possit vinculari ad maioratum: & n. 65. & 66.
- 170 Possessor officii an possit de illo disponere absque facultate Regia: & num. 61. 62. 63. & 64.
- 177 Commendæ concessæ ad vitas cum facultate libera nominandi, an possint vinculari, & nominari in successores maioratus per substitutiones: & nn. seqq.
- 332 In Regno Castellæ sunt commendæ maioratus legales, & secundum normas maioratus in illis succeditur regulariter, & quid in nostro Portugalliæ Regno: & n. 71.
- 333 An in patronatu Regio, aut bonis Coronæ, aut commendæ illius possint succedere des-

cedentes illegitimi, licet sint legitimi, & quando dicatur de Corona, & pertineat cognitio ad illam.

- 334 In Regno Portugalliæ cōmenda de Sousa est maioratus, & an in aliis Regnis sint commendæ maioratus: & n. 335.
- 335 Bona Coronæ an, & quando possint vinculari ad maioratum: num. 336. & 337. 368. & n. 369 explicatur n. 119.
- 339 Si Villa aut oppidum Coronæ fuit emptum, potest vinculari: & in seqq. Ubi etiam de multis conjecturis inducentibus maioratum.
- 368 De maioratibus bonorum Coronæ, & secundum Legem mentalem & quod dici possint maioratus legales, & quomodo.
- 369 Si Princeps concedat bona coronæ non obstante Lege mentali, succeditur in bonis per regulas maioratus patrimonialis.
- 370 Revocata Lege mentali per Principis scriptum, ut potest, successio est redacta ad jus commune, secundum quod tunc succeditur, & per ejus regulas.
- 372 Maioratus an possit institui de fortaliciis Indiæ, & quando, & quomodo vinculari possint: & nn. seqq.
- 389 Maioratus an possit fieri in melioramētis bonorum.
- 390 Maioratus an possit fieri in servis: & nn. seqq.
- 401 Maioratus an possit erigi in bonis apud hostes, & in præcedentia.
- 403 Et quid in bonis alienis: & nn. seqq.
- 415 Maioratus si fuerit erectus in domo, quæ ignorate fundatore est destructa, an in area teneat, & quid si deficient vocati, & quando censeatur erectus in sepultura: & nn. seqq.
- 438 Maioratus an, & quando fieri possit de tertia & legitimis renunciatis à Monasterio cum clausula, ut succederet aliqua persona: & nn. seqq.
- 506 An maioratus possit erigi in navi, aut navigio.

Quando maioratus institutor fecit maioratum de omnibus bonis suis, mobilibus, & immobilibus, movētib, & summovētib, omnia bona vinculari censentur absque limitatione, aut restrictione aliquâ omnes res suæ in vinculum comprehenduntur, ut est text. in L. heres meus 98. §. usus meæ ff. leg. 3. ibi: Omne do Leg. Trebatianus hæc verba, quod ejus causa factum, paratam quæ est ad aurum, & argentum duntaxat præ ferri putat. Proculus ad omnia, quod & verum est, L. Julianus 66. ff. eod. tit. que loquitur in fideicommissio L. 1. §. 1. L. ea tamē ad-

adjectio ff. leg. 3. ubi communiter DD. & quare Bart. in L. 2. ff. de novat. Surd. conf. 31. num. 27. & conf. 73 n. 62. & seqq. late Castill. lib. 4. contr. cap. 41. per tot. & maxime numer. 8. & 9. Gratian. cap. 98. in nostris terminis Olea de cess. jur. & act. tit. 3. q. 10. n. 23. Atque ita omnia bona cujuscunque generis, in vinculum comprehenduntur, & tam mobilia, quam immobilia, & ejus fructus, & accessiones producti ex eisdem rebus vincularis augent relicta ad maioratum constituendum, & ex eorum pretio, & æstimatione, debent emi bona stabilia ad vinculum, quia fructus, & accessiones, augent hæreditatem, & non debent diverso jure censerì, quam bona quibus accedunt, vel ex quibus proveniunt, L. si convenerit §. si nuda ff. pign. act. L. fructus, L. in fundo, L. ex diverso ff. de reivendic. Valenz. conf. 55. n. 91. Gratian. forens. cap. 649. n. 19. Cop. de fruct. lib. 2. tit. 1. cap. 1. Leotard de usur. q. 12. num. 4. & q. 19. num. 2. Et pensiones terrarum, etiam loco fructuum succedunt, L. defuncta ff. solut. matr. Valenz. ubi supra n. 102. Atque ita manent vincularia, omniaque inventa fuere tempore mortis, ad cujus existentiam refertur vinculi effectus solutis debitis, & aliis obligationibus institutoris, ut ex multis diximus tom. 4. in comment. ad Ord. ad tit. 50 pag. 188. num. 4. & si nihil inventum fuerit, nihil vincularium extat ad text. in L. quod Sabinus §. unde idem ff. de hæredib. inst. ibi: Ex reliqua parte hæres esto, quoniam cum nihil reliquum sit, ex nulla parte hæres institutus est, Caren. resol. 91 num. 2. Castill. lib. 4. contr. cap. 16. nuu. 20. Sed bona inventa post mortem mobilia, & immobilia, manent vinculo subjecta, immobilia cum vinculo, & mobilia in æstimatione, ad hoc ut statim vendantur, & bona stabilia emantur, & ad hoc habet successor reivendicationis actionem contra possessorem ex fundamentis, & rationibus, de quibus in specie, Castill. Cald. & aliis quos Ego ipse refero Forens. resol. tom. 2. in nova impress. cap. 9. num. 33. & in fortioribus terminis ita fuit judicatum in casu sequenti.

No feito do Dezembargador Frutuoso de Campos Barreto, com os herdeiros de Gregorio Mascarenhas Homem, Escrivão Antonio Tavares, se deu a sentença seguinte.

Visto o feito, convem a saber, libello dos AA. opposição do oppoente, contrariedade dos Reos, papeis juntos, provas dadas. Mostrase, que falecendo o Doutor Affonso Garcia Tinoco em 30 dias de Agosto de 1622. em o testamento com que faleceo fol. 19. instituiu por seu universal herdeiro ao Doutor Luiz Mendes Barreto, e que avinculou os bens em vinculo

de morgado com obrigação de doze Missas em a Capella que tinha instituido em a herdade de Borrás, que por legitima successão vinha a elle dito Luiz Mendes, depois de sua morte, por elle ser o parente mais chegado, a quem a dita Capella pertence, para o que disse, que tomava a sua herdade, que tinha na Villa de Fronteira, aonde chamavaõ a Corte dos Mellos, e hãa horta, que tinha na dita Villa, que faziaõ ambas as ditas propriedades em Capella, ou morgado, a qual haveria o Doutor Luiz Mendes Barreto, e por sua morte seu filho macho mais velho, e que não tendo filho, viria á femẽa mais velha, e que em falta de filhos viria ao parente mais chegado, e que esta sua Capella andaria unida com a que o dito seu pay tinha instituido na dita herdade, e corte, e do que disse, que se estimava, se comprassem dous quinhoens, que havia na dita herdade de hortas, de hum dos quaes era senhor o dito Luiz Mendes Barreto, e do outro Luiz Gonçalves Moniz, e que se fizesse muito pelo comprar, e que quando não pudesse, lembrava que na visinhança da dita sua herdade estava hãa vinha, a qual chamavaõ dos Tenreiros, e que parte ambas rego por rego, o qual herdeiro fizesse muito pela haver para a Capella, e na forma do dito testamento diz, que seu herdeiro lhe faça cumprir o dito testamento, e que finalmente lhe deixa todos os mais seus bens que lhe pertençaõ, e se mostra, q̃ por falecimento do dito instituidor succedeo na dita Capella o dito Luiz Mendes Barreto, e cobrou todos os bens moveis, e de raiz, e dinheiro que delle ficou, e por sua morte tomou posse da dita Capella, e de todos os bens que ficaraõ do dito Doutor Luiz Mendes Barreto Dona Sebastiana do Camera sua filha, mulher que foy do Reo, e sendo ella falecida, elle ficou tambem em posse de todos os bens, como cabeça de casal, e por ella o deixar instituido por herdeiro, e por a successão do dit o morgado se deferir á Authora Dona Isabel Barreta filha natural do dito Luiz Mendes Barreto, com quem o A. está casado, o Reo lhe largou o dito morgado, e os bens de raiz que ficaraõ do dito Doutor Affonso Gracia Tinoco, reconhecendoa por legitima successora, e agora nestes autos tem os AA. dado libello contra o R. em que lhe pedem todos os mais bens moveis, e dinheiro que ficou do dito Affonso Gracia confusamente, que todos estaõ vinculados ao dito morgado, e que as palavras da instituiçãõ comprehendem a todos, e se mostra, que tendo os AA. oferecido libello contra o R. veio o oppoente Manoel da Fonseca Tinoco com os artigos de opposição fol. 255. para effecto de excluir aos AA. e R. da dita aução, allegando

